CHRISTIANI FRANCISCI
PAULLINI

LYCOGRAPHIA,

Seu,
De Natura & Uſu

LUPI


Libellus
Phyſico - Hiſtorico - Medicus,
ad normam
IMPERIALIS
ACADEMIÆ LEOPOLDINÆ
ſcriptus,
Variisque obſervationibus & curioſitatibus fartus.

Cum gratia & privilegio Cæſ. perpetuo.



FRANCOFURTI AD MOENUM,
Impenſis JOH. DAVID. ZUNNERI.

ANNO M. DC. XCIV.



VIRIS

VIRTUTE, DOCTRINA, ET GLORIA CELEBERRIMIS,

DOMINO

CHRISTIANO Wildvogel/ JCto, Seren. Ducum Saxo-Vinariensium Consiliario Aulico Splendidissimo, in inclyta Universitate Salana Prof. Publ. famigeratissimo, Curiæ Provincialis, nec non Facult. Juridicæ & Scabinatûs ibidem Assessori gravissimo &c.

DOMINO

GEORGIO REICHARTO, Serenissimi Ducis Saxo-Gothani Consiliario Cameræ spectatissimo, & Ærarii Ducalis Supremo Præfecto &c.

DOMINO

JOANNI DOLÆO, M. D. Serenissimi Hassiæ Principis Consiliario & Archiatro primario, Collegii Medici Cassellani Decano perpetuo, Curiosorum ANDROMACHO, &c.

DOMINO

GEORG. CASP. KIRCH-
MEYERO,

in Electorali ad Albim Academia
Orat. Prof. Publ. optimè merito, Ejusdemque
Venerabili Seniori, nec non Curio-
sorum PHOSPHORO &c.

Dominis, Fautoribus, & Collegis
perpetuo Venerandis,

Hanc

Puræ mentis victimam,
at sterilis ingenii catulum,
bestiam omnibus invisam,
cunctis tamen utilem,

bonâ mente manûque officiosâ

offert

C. F. Paullini.

LE-



LECTORI MEO,

Fido pariter & invido,

Salutem & gaudium in JESV crucifixo!



Rupit tandem ex antro ſuo inſatiabilis beſtia, quam in Borea olim anguſtis clatris incluſam Doctioribus exhibui, &, monentibus nuper amicis, in ſolitudine lambi, cujus occurſus ut fauſtus fortunatusque tibi ſit, voveo. Cùm, ſecundùm lemma Academiæ noſtræ, *nunquam otioſus* eſſe tenear, ſemper aliquid parturio. Et licèt è ſterili ingenio animalculum omnibus inviſum aliquando prodeat, ſatius tamen eſt, legibus obſequi, quàm nihil egiſſe. Servavit nos Deus in tempora prorſus turbulenta. A fronte præcipitium, à tergo *lupi*. Quocunque fugeris, vel ad aras, ſeu ad haras, *lupum* tenebis auribus. Nec gratiam mereris, etſi os è faucibus *lupi* trahas. In rupe quidem hædus ſtat, in ripa verò ſuccumbit. Et hoc eſt *lupinum* potum bibere. Qui fidos invidos

inter ſibi promittit, *lupi* alas quærit. Ἄνθρωπ(
ubique ἀνθρώπῳ λύκος. Nulla tam deteſtabilis p
ſtis eſt, quæ non homini ab *homine* naſcatur. (a
Tempeſtas minatur, antequam ſurgit, crepat
ædificia, antequam corrunt, fumus flammæ ant
ambulo: at ſubita eſt ex homine pernicies. To
Lycurgos, quot ædituos habemus, dicente *Manli*
(b) Semper rictus ſuos pandunt perverſi Menal
cæ inſtar beſtiæ, cui præda *non ſufficit una*. O ho
munculi ſalillum animæ, (c) quousque ruimus i
æternum punienda? At ſic ſeculum eſt! & qu
lupus aquilam fugiet? Symbolum Academico-
rum *Furfurariorum* geminus *canis* eſt. Alter co-
ram cibo ſtans, cum teſſera: *non ſufficit eſca vo-
raci*: alter cibo jam vorato cum inſcriptione:
poſt eſcam fame tabeſcit. Scilicet utraque pictu-
ra inexplebilem virtutis doctrinæque bulimum
adumbrat juxta iſtud: (d) *qui edunt me, adhuc
eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient*. (e) Bo-
narum artium cupido *non ſufficit una*; ſed potius,
veluti pinus, *ardetque viretque* mens divinior, ad-
que ſublimiora graſſans. Vix fundârant Nobiles
Eruditi Sienenſes Collegium, cujus inſigne *cri-
brum*, unde *Travagliati* dicti, quaſi *percribrati*,
cùm

(a) Cic. L. II. de officiis p. m. 171. (b) in præcepto quinto p. 246. (c) Plaut. Trinumn. a. II. Sc. IV. verſ. 90. (d) Syr. XXIV. 29. ſeq. (e) Conf. Picinelli Mund. ſymbolic. L. V. c. 10. p. 358.

cùm alii ocius honeſtâ conſpiratione inflammati Sodalitatem *accenſorum* erigerent, cujus ornamentum *pinus*, ſubjecto igne ardens & fumigans cum epigraphe: *hinc odor & fructus!* (f) Etiam communis noſtræ patriæ emblema hæc arbor eſt: hinc *ardet*, hinc *viret*. Interim *Deo & Cæſari* dabimus, quod cuique ſuum eſt. Ipſa juſta Dei poſtulatio: (g) Da mihi, fili, *cor tuum.* Quod æquiſſimum petitum ita expoſuit *Hermannus Hugo*: (g)

COR *da, ſed mihi da: nam cetera nulla probantur,*
Sola placent caſtâ corda renata fide.
COR *da, nempe* tuum: *nam non eſt omnibus æquè*
tradere conceſſum corda aliena Deo.
COR *da, ſed* mihi *da: ſcelus eſt mundumve erebumve*
in partem tanti velle vocare dati.
Vel totum *mihi da, vel cuîvis prodige totum:*
nolo conſortem cordis habere mei.
Da gratis; *neque enim cupias ſi vendere, gratum eſt,*
& pretium ſcelus eſt antehabuiſſe Deo.
Nemo mihi ad tempus *vano cor commodet uſu,*
non erit acceptum, ſit niſi perpetuum.

Eleganter quoque *Alardus*, Chriſtianus Poëta. (i)

):(4 *Sunt*

(f) D. Sachſ. L. I. Gammarolog. c. 3. p. 60. (g) Prov. XXIII. 26. (h) in enodatione emblematis Piis ſuis deſideriis præfixa. (i) L. III. epigramat. pior. p. 115.



Sunt DEUS & CÆSAR *tibi Numina bina colenda,*
sic tamen, ut reddas unicuiq; suum.
Corque fidemque *Deo cum relligionis amore*
redde, quia hæc debet Cæsar *& ipse Deo.*
Cetera, ceu census, subjectio, honorque precesque
sunt, quæ solvantur debita Cæsaribus.

Faxit Deus, ut *Aquila Imperialis* (quæ moneta erat Maximiliani II.) *Lunam* extinguat, aut comminuat. Et tu, quisquis eris, cum muliere ista Apocalyptica, (k) (cujus vestis erat Sol) *Lunam*, omnium vanitatum synopsin, (l) *extingue, aut minue.* Utere animo, dum spe calet. Cuncta enim, nisi in tempore fiant, malè fiunt. Tempore igitur tempora tempera. In eo quippe tota ferè consistit scientia politica, *ut quis tempora rectè discernere nôrit, iisque uti.* (m) Ecce fabrum: *dum candet, is aptat.* Prudenti pauca! Veniet tandem ille dies, quô *ludit herboso pecus omne campo, & festus in pratis vacat otioso cum bove pagus.* (n) Tunc cantabimus ad auras: *Deus hæc otia fecit!* Intonsi montes lætitiâ voces ad sidera jactabunt clamantes: *amat bonus otia Daphnis!* Est equidem *homine imperito nunquam quicquam injustius, qui nisi, quod ipse fecit, nihil rectum putat;*

(k) c. XII. 1. (l) Eccles. XII. 8. (m) Savedra Symb. polit. XXXVI. p. m. 275. (n) Horat. L. III. carm. ode 18.

tat; (o) ego tamen piæ conſtitutionis Impp. *Theodoſii*, *Arcadii*, & *Honorii* memor: (p) *Si quis*, ajo, *modeſtiæ neſcius, & pudoris ignarus, improbo petulantiá, maledicto nomina noſtra crediderit laceſſenda*, *eum pœna nolumus ſubjugari, neque durum aliquid, vel aſperum volumus ſuſtinere: quoniam ſi id ex* levitate *proceſſerit*, contemnendum *eſt*; *ſi ex* inſania, miſeratione dignisſimum, *ſi ab* injuria, remittendum. Audio, M. *Petrum Iahnium*, (cujas ille ſit, ignoro,) in Electorali ad Albim Univerſitate quondam de *lupo* diſputâſſe, cujus ſcriptum verò nunquam vidi. Diu pepereram meum, cum Argentinâ mihi mitteretur diſcurſus *Saltzmannianus* de eodem animali. Sed nihil reperi, quod non decerpſeram antè. Nuper fortè incidi in *Chriſtophori VVantſcheri*, Görlicenſis brevem διάσκεψιν Wittenbergæ, ſub moderamine M. *Chriſtiani VVolfii*, Pirnenſis, anno 1666. de *lupo & lycanthropia* ventilatam. At nec illa vel auxit, ſeu illuſtravit ſchedas meas jam olim defenſas. Verùm *Iuſtiniani VVolfii*, poſtea J. U. D. & Conſulis Numburgenſis, hiſtorica exercitatio de *nominibus & inſignibus lupinis*, Lipſiæ ſub umbone *Thomaſiano* eruditè diſcuſſa, faculam aliquando alluxit. Spo-

):(5 pon-

(o) Terent. Adelph. a. I. Sc. I. verſ. 17. (p) L. unic. C. ſi quis Imp. maledix.

ponderat *Gabelcoverus*, (q) referente *Wolfio* nostro Jenensi, (r) integrum de *Lupo* tractatum: quem an confecerit & ediderit, noverint alii; ego nunquam vidi. Interim cuique bono Viro φιλοπονίας suæ testimonium ac encomium dabo. Ceterùm si tibi, mi Lector, mendæ sordeant, vel typothetæ, seu correctoris supinitate adspersæ, rogo & obtestor Te, ut, datâ mihi veniâ, eas expungas. Dixerim cum *Martiali*: (s)

Non meus est error: nocuit librarius istis,
dum properat versus annumerare tibi.
Quod si non illum, sed me peccâsse putabis,
non ego te credam cordis habere nihil.
Ista tamen mala sunt: quî sic manifesta negemus?
hæc mala sunt: sed tu vix meliora facis.

Vale, Venerande Lector, & si vis nunquam esse tristis, *benè vive.* (t) Quod ut fiat, vive *Deo & Cæsari*, i. e. faustæ æternitati. Cum verò invida ætas fugiat, dispone domui tuæ, & *apta, dum candet* ferrum. Huc eant omnia studia & meditationes tuæ; *non sufficit una.* Sic bona mens, beatæ mansionis cupida, *ardetque viretque*, Lunamque fallax & mutabile lumen,

aut


(q) C. IV. curat. med. 60. (r) de amuletis cap. 2. Sect. I. p. 272. (s) L. II. epigr. 8. (t) Isidor. L. II. Soliloquior.

aut extinguet, *seu minuet*, ut psallas in secula: *Deus hæc otia fecit!* Iterum vale, mihique fave! Scripsi *Ferrariæ Thuringorum* anno DEI-Hominis M. DC. XCIII. ipso *Iosephi* die, cujus *amore & timore* orbis regatur feliciter; Ipse verò exaltetur quasi *palma in ripa*, & *quasi plantatio rosæ in Iericho*, (u) quod bona exaudiat hora!

(u) Syr. XXIV. 18.



APPLAU-



APPLAUSUS ERUDITORUM.

I.

Exilem & parvum nuper se dixit Amicus,
 & descripta nimis forma *minuta* fuit.
Fallimur: immensum famâ compleverat orbem,
 quam solers doctis auget ubique libris.
Quæ cœlum, quæ terra suo complectitur orbe,
 mente capit, cunctas continet Artis opes.
Scilicet ut parvis succrescunt corpora vitris,
 queîs rebus minimis maxima forma datur.
Sic pariter *talpamq; lupumq;* animalia monstrat,
 & facit esse aliquid, quod fuit ante nihil.
Sic famâ major: cœlo sic major & orbe est,
 nunc Te, PAULLINI, respice, *Magnus* eris.

f.

G. C. B. Illustriss.
Aulæ Consiliar.

II. Credo

II.

CRedo equidem, vulgo nunquam tua scripta
placebunt;
quæ scis, non probat, haud, quæ probat ille, scies.* *Senec. epist. 28.
Quid tum? latrantem calcat Latona catellum;
maxima laus paucis est placuisse Bonis.

f. Bruxellis
B. Pfahl, Phil. & U. J. D.

III.

IGnee PAULLINI Naturæ Mysta, perenni
ad lychnum motû mens tua docta calet.
Hinc lucubrando nocturnis lumine Musis
Naturæ illustras condita nocte tuo.
Surgit ad illustres per Te vis inclyta noctes
Doctorum, & doctum plausibus ornat opus.
Atque Europoeos utrovis cernere dicit,
quos privare uno lumine China cupit.
Observas ævo non observata priore,
rara animi rari dans monimenta Tui.
His tua dat nobis illustris Attica noctes,
nos tibi perpetuos, laude nitente, dies

Excel. D. D. Paullini,
Curiosor. Arioni,
Fautori, Collegæ & Amico suo è paucis dilecto,
gratulabundus f.
Johann. Paul. Wurfbain, D. Reip.
Norimbergens. Phys. ordin. & Acad.
LEOPOLDINÆ Nat. Curios. Adjunct.

IV. Jacta-

IV.

JActabat Methymna suum, gratum Periandro,
dulcisonum fidibus, voceque mellifluâ,
Quem vexit quondam Delphinus, *Ariona*, pandus,
perque salum raptum reddidit usque solo.
Jactet mille modis *Isenacum* & *Ariona* nostrum
plus crepet! urbs gestis nobilis & Ducibus.
Hic non *Delphinos* vagulos modulamine dulci
delectat, sulcans cœrula terga sali;
Sed quicquid Natura parens, rerumque novatrix
fœcundo gremio contegit, hic retegit.
Salve delicium Phœbi, cuî gaudia Musæ!
te cœli donum terra salutat ovans.
Dulce *canis*, PAULLINE, tuus latratibus auras
demulcet; linguas molliculusque *lepus*.
Cœnæ Helena est *Anguilla* tua, Antiphani celebrata,
grataque Numinibus: *Salvia* quomodo olet?
Bufo, Diana, tuus; spoliata & lumine *talpa*,
ardentes oculos orbe rotat celeri.
Vidimus *observata* tua, & meminisse juvabit,
quibus *Ephemerides* dulce melos resonant.
Observata tibi promes *centena quater* mox,
sic crescet cumulus! fama petetque polum!
Dum gressus *canis* ulla vigil comitatur heriles,
quadrupedumque salit gloria prima *lepus*.
Dum stagnis assveta suis *Anguilla* vagatur,
Dum prodest homini *Salvia*, nota benè;
Dum graditur *bufo*, dum se sequiturque fugitque;
dum rostro terram *Talpa* cavat facili,

Dum



Dum pavido rabiens *lupus* insidiatur ovili,
dorsiger & donec lentus *asellus* erit,
Tu, PAULLINE, mihi toto cantaberis orbe,
donec summa imis misceat una dies.

f. Otthiniæ in Fionia

Georg. Hannæus, Ph. & Med. D. atque Pract. in Reg. Gymnas. ibid. PP. Illustris Academ. Cæsareo-Leopoldinæ Nat. Curiosor. DIOMEDES.

V.

D. CHRISTIANUS FRANCISCUS PAULLINI,

per purum anagramma:

(I.) *Is fidus curans hinc illinc paratus!*

Evolutio:

IN curis *fidus* cunctis prodesse laborans
qui manet, hic Medici verè implet nomen & omen:
PAULLINI *fidus*, quod sit bonum & utile! *curans*,
hinc illinc sanis, ægris, prodesse *paratus*,
Is meritò magnus celebratur in orbe Machaon!
Sit faustus curis, studiis; nihil illius ausa
turbet, quò Docto porrò siet utilis orbi!

(II.) *Sis nunc hic plura lucra dans: iis fit!*

Evolutio:

PAULLINI lucrativum cessisse talentum
quando videt fœcunda Viris Germania doctis,
ô *sis* optat *iis hîc nunc lucra plura* politis
scriptis *dans* curis Medicisque salubribus! inde

)( ):(Isnacum

Iſnacum reſonat: *fit*: fiet & amplius! ejus
augeat ingenii dotes Trinunus Jova,
felici eventu conatus quosque coronans!

(III.) Fac ſit in duris hinc clarus planius!


Evolutio:

GLoria ut è duro ſolet ampla labore venire,
ſic Deus, *in duris, fac*, ut iſte laboribus usque
ſudans *hinc clarus* toto *ſit planius* orbe!
perduret ſanus ſine fatis undique duris!

M. Jacobus Crellius, Paſt. Rodanus,
Ephoriæ Orlamundanæ Adjunctus.



Quod



Quod felix faustumque esse jubeat Naturæ & Artis Autor Deus in secula Benedictus!

SECTIO PRIMA.

Quæ Theoretica,

eaq;

PHILOLOGICO-PHYSICA.

CAPUT I.

DE NOMINE LUPI.

§. 1.

ΔΕῖ γὰρ (juxta veterum monita) πρῶτον τὸ τῆς φωνῆς σημαινόμενον ἐξετάζειν εἰς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν, *primùm oportet vocis significationem inquirere ad rectè aliquid docendum.* Quod enim janua in ædibus: hoc ὀνομάτων ἐπίσκεψις in volumine. Obtinebimus ergo antiquum nostrum, vocem *lupi* curiosiùs examinantes. à voce initium.

§. 2. Num Græciæ vel Latio originem debeat suam adhuc anceps est. *Isidorus* (a) prius asserit, apertè inquiens: *lupus* græca deriva- etymologia latina.

(a) L. XII. c. 2.

tione in linguam nostram transfertur. *Lupos* enim λύκȣς dicunt. Λύκος autem à *morsibus* appellatur, quòd rabie rapacitatis, quæcunq; invenerit, ne exceptis quidem suæ speciei sociis, catulisve suis, trucidet. Inde λυκόω dilanio, discerpo more *lupino*. Ineptè verò ab aliis vocatur *leopus*, quòd, uti leoni, sic illi vires sint in pedibus. (b) *Joh. Ludovic, de La Cerda* (c) ἀπὸ τῆς λύκης, *à luce* derivat, quòd primâ luce, seu diluculo, eat ad prædas, &

- - - *insidias exploret ovilia circùm*. (d)

Hinc lux prima dicitur λυκόφως, quasi λευκὸν φῶς, summum diluculum, vel λύκη, ἀπὸ τȣ̃ λευκȣ̃: seu quòd lumen *oculorum* splendidissimum ei sit, quo etiam noctis tenebras illustrat. Ideo Veteres Solem λύκον vocabant, quòd esset ὀξυδερκὴς, visûs præacuti. Aut num à λύειν detorseris eum? quòd dissolvat discerpatque oves & quasi luat? vel à λύπη, quòd triste *lupus* stabulis sit?

hæc lupus. §. 3. Olim diverso genere dixisse *hæc lupus*, notat *Taubmannus*: (e)

Endotuetur ibi lupu' *femina conspicio amnem*.

Sic *Pacuvius* apud Carisium: (f) *qui* stirpem *occidis* meum. Ennius: (g) malo cruce *fatum uti des Jupiter*. Varro: (h) *hodie si possumus, quod debemus, populo in medio foro* luce claro *decoquere*;

cum

(b) Macrob. L. I. cap. 17. (c) in comment. ad L. IX. Æneid. (d) L. III. Georg. v. 537. (e) in comment. ad Plaut p. m. 1484. (f) Lib. I. (g) annal. 2. (h) in ephebo.

cum canibus timidi *venient ad pocula* damæ; (i)
- - *oculis* capti *fodêre cubilia* talpæ,(k)
Solaque *culminibus ferali carmine* bubo
sæpe queri: (l)

Solam dixit, Ovidius *infandum*, & Lucanus *sinistrum*. Confer de his & similibus *Vossium*. (m)

§. 4. A' *lupo* eſt *lupanar*, *conſiſtorium publicarum libidinum*, voce *Tertulliani*, (n) quæ etiam apud Judæos erant ſcortorum maſculorum, ad imitationem gentium, apud quas, dicente *Clemente Alexandrino*, (o) *ſtabant in fornice mulieres, carnem ſuam ad probrum voluptatis venundantes, & pueri, docti abnegare naturam, mulieres ſimulabant*. Laudandus ergo *Theodoſius* Imperator apud *Socrat.* (p) & Vandali in Africa, teſte *Salviano*, (q) qui latibula iſta impudica deſtruxerunt. *Plutarchus* (r) adoleſcentes aliquando ingredi jubet *lupanar*, ut diſcant, nihilne res honeſtæ ab indignis differant. At μὴ γίνεσθαι μελανέρων. (s) *Lupinus*, a, um; eſt etiam ponderis ſpecies, quam *Sennertus* (t) per drachmam dimidiam exponit, alij tamen aliter. *Lupinos* etymologiſtæ frivolè à lupo detorquent. (u) Ferreos dabunt

lupanaria,

(i) Virgil. eclog. VIII. v. 28. (k) I. Georg. v. 183. (l) IV. Æneid. v. 462. (m) L. I. de anal. c. 17. (n) L. III. ad uxorem. (o) pædagog. L. III. c. 3. (p) Lib. V. hiſt eccleſ. cap. 18 (q) Lib. VII. de provident. (r) de pueror. inſtitut. (s) idem l. c. p. m. 58. (t) Lib. V. Inſtit. med. Part. III. S. I. c. 5. (u) Vid. Caſp. Hofmann. de M. O. lib. II. c. 135. & Martin. lexic. philolog.

lupini Curiosi. (w) Sunt etiam *lupini* nummi in Comædiis, veros repræsentantes;

nec tamen ignoras, quid distent æra lupinis, (x) i. e. quæ differentia sit inter bonos [æratos] & malos [plumbeos] nummos, inter pravos bonosque homines. Vid. *Bond.* (y) & *Martin.* (z) *Tace, sis, faber, qui cudere soles* plumbeos *nummos*, (a) i. e. *lupinos*, seu *comicum aurum.*

luparius & luparia (b) *Luparius*, qui venatur *lupos*: *luparia*, aconiti species. *Dioscoridi* (c) λυκοκτόνομ & κυνοκτόνον, quia *lupos* & canes strangulat. *Lupatum* & *lupatum.*

lupercal *Lupercal* locus est sub monte Palatino Romæ, sic dictus, quòd sub ejus Spelunca de capra luebatur, i. e. sacrificabatur: vel quòd illîc *lupa* Remum Romulumque nutriverit: seu [quod verosimilius] locus hic Pani, Deo Arcadiæ, sacratus esset, cui etiam mons *Lycæus* in Arcadia sacer est, ideoque dicitur *Lycæus*, quòd *lupos* non sinat in oves sævire. Ergò Evander Deo gentis suæ sacravit locum, dixitque *lupercal*, quòd præsidio ipsius nominis *lupi* à pecudibus arcerentur;

- - *gelida monstrant sub rupe* lupercal
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi. (d)

lupercalia *Lupercalia* die XV. Februarij celebrabantur lustrationis causa in memoriam Romuli & Remi

(w) Dec. II. Ephemerid. ann. VIII. obs. 149. (x) Horat. I. epist. 7. (y) not. in h. l. (z) in lexic. (a) Plaut. Mostell. a. IV. sc. 2. vers. 11. (b) in Pænul. a. III. sc. 2. v. 20. Conf. Taubmann. ad h. l. (c) L. IV. cap. 73. (d) L. VIII. Æneid. v. 343.

mi à *lupa* nutritorum. Dies illa antiquitus *Februata* dicebatur. *Lupercus* cognomen Fauni est, λύκειος, quasi *lupos* abigens. Vide fusiùs *Rosinum*. (e) In *Lupercum* extant epigrammata Martialis. (f) Erant quoque *Luperci* antiquissimi Sacerdotes, ab Evandro Arcade instituti, qui Pani *Lycæo* sacra facientes canem immolabant, pellibus caprinis tecti discurrebant, & cædebant obvios, (g) erantque in duos ordines secti, alij *Fabiani*, alij *Quinctiliani*, à quodam *Fabio* & *Quinctilio* sic nominati, queîs tertius ordo *Julianorum*, in honorem Julii Cæsaris, accessit. Pompejus *Lupercus* COS. Rom. AM. 4084. (h) lupercus,

§. 5. Graji vocant λύκον, ἀπὸ τῆς λύκης, à luce, juxta sententiam, quam tuebimur, Macrobianam. (i) Inde λύκαιος, mons Arcadiæ, Jovi & Pani Sacer, & ubi hic μηλοφύλαξ etymol. græca

- - *qui curat oves oviumque magistros,* (k)

educatus est. Λύκειον, gymnasium Athenis, in quo Aristoteles docuit. (l) Λυκάων, Pelasgi filius, Arcadum Rex gymnicorum ludorum & induciarum inventor. (m) Λυκαιόνια &

(e) L. IV. A. R. c. 6. & L. III. cap. 2. cum paralipomen. Demster. (f) L. I. 118. L. VI. 6. & 51. L. IX. 89. (g) Val. Maxim. L. II. c. 2. n. 9. Justin. L. XLIII. c. 1. Polyd. Vergil. de invent. rer. L. II. cap. 14. (h) Calvis. oper. chronol. edit. IVtæ p. 472. (i) L. I. Saturnal. cap. 17. (k) ed. II. v. 33. (l) Vid. Dn. Schmidii, Prof. Jenens., exercit. de Gymnas. literariis p. 36. seqq. (m) Vergil. lib. cit. c. 13. & 15.

Λυκία, Asiæ minoris Provinciæ, (n) vel ἀπὸ τȣ λύκȣ, vel λυκίȣ, quod arboris spinosæ genus est. (o) *Lycisca* nomen canis, vel quòd generis *lupini*, aut formæ fuerit,

- - *multùm latrante* Lycisca; (p)

- - *& crudelia secum fata* Lyci, (q)

- *qui* Lycios *fidumq; vehebat Orontem.* (r)

Cernit ibi mœstos & mortis honore carentes

Leucaspim, & Lyciæ *ductorem classis Orontem.* (s)

Lycius Deus, i. e. Apollo; flava *Lycorias*, (t) vel à *lupino* habitu, seu ab Apolline, qui & λυκωρεὺς dictus. *Lycoris* meretrix, aliàs *Cytheris* vocata. *Lyciscus* præcipuus centurio, quem Archagetus interfecit. (u) *Lycophron* Philosophus & Poëta excellens. *Lycopodium*, λύκȣ πȣ̃ς, musius terrestris, Wolffsklauen. Λυκόφθαλμος, gemma quatuor colorum ex rutilo & sanguineo, in medio nigrum candido cingitur, ùt *luporum* oculi, iis per omnia similis. (w) Λύκοψις, quasi λύκȣ ὄψις, i. e. *lupi* facies. Dodonæus vult esse buglossam vulgarem: folia habet aspera, unde videtur nomen inditum. Equi λυκόσπαδες, à frenis *lupatis* sic dicti; aliis, quòd pullinâ ætate in *lupos* inciderint, & pericula effugerint, ideoque meliores & perniciores sint reliquis. Quinam verò λυκόφοροι equi? *Aldrovandus* exponit ita: (x) fama

[Margin: λυκόφθαλμος; λύκοψις; λυκόσπαδες; λυκόφοροι]

(n) Act. XIV. 6. & XXVII. 5. (o) Cluver. introd. geograph. L. V. c. 19. (p) ecl. III. v. 18. Adde Plin. L. VIII. c. 40. (q) I æneid. v. 226. (r) l. c. v. 117. (s) L. VI. æneid. v. 334. (t) IV. Georgic. v. 339. (u) Diodor. L. XX. (w) Plin. L. XXXVII. 11.

(x) fama est inter Venetos, celebrem admodum fuisse quempiam, qui in faciendis vadimoniis studio non mediocri tenebatur, qua ex re hominum jocis exponebatur publicè. Is igitur in venatores fertur incidisse, qui irretitum habebant *lupum*, & illis per jocum rogitantibus: velletne pro *lupo* vadem constituere, ut illata ab eo damna persolveret; sic è retibus belluam se dimissuros. Fidejubere se confessus est. Emissum deinde *lupum* magnum equarum armentum agitantem, nullo notatum cauterio ad fidejussoris stabulum adduxisse: eumque, receptâ gratiâ, equabus *lupi* notam inussisse, & inde λυκοφόρας [*lupiferas*] nominâsse, velocitate magis quàm formositate præstantes.

§. 6. Ambigua autem vox *lupi*. Sumitur enim in *sacro* & *profano* sensu. In illo accipimus (1.) pro *hæretico*. (y) Λύκοι βαρεῖς μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου, *lupi graves*, greulicher Wölffe / (z) non parcentes gregi, sed ἐπιτρίβοντες, obterentes eum, dicente *Eusebio*, (a) *greges rationis participes deglubentes*, voce *Michaelis Syngelij*. (b) Hæretici enim sunt *habitû oves, astû vulpes, crudelitate* lupi. (c) Lupi *sunt persecutores*, lupi *sunt* hæretici *omnes*. *Docere nesciunt, ululare consueverunt, sed nemo moveatur, si in medium* luporum. *Beneficio Christi &* lupus

homonymia in sacro sensu, (1) pro hæretico.

A 4

(x) L. I. de quadrupedib. c. 1. p. 59. (y) Matth. VII. 15. (z) Act. XX. 29. (a) in præfat. hist. Ecclesiast. (b) in vita Dionysii. (c) S. Bernhard. serm. LXVI. in Cant.

lupus *ipse mutatus est.* *Benjamin* lupus rapax *Apostolus* Paulus *factus est* , *non jam insidiator ovilium*, *sed defensor & custos.* *Cum hoc* lupo *versari libet*; *per hunc* lupum *factum est*, ut *simus tuti in medio* luporum. *Nemo jam vereatur* lupos, *cum hîc pascimur* , *sicût scriptum est* : *tunc* lupi *&* agni *simul pascentur*; (d)

- - *latet &* lupus *ore cruento*,
lacteolam *mentitus* ovem *sub vellere molli.*(e)

Idem Prudentius *Photinum* & *Arium* hæresiarchas vocat

- - - *immanes feritate* lupos,

quia *discindunt lectionem biblicam* , *rumpunt unitatem Christianam* , *augent passionem Dominicam amarissimam* , *oppugnant veritatem candidissimam*, *simulant Sanctitatem grandissimam*. (f) Ignatio (g) sunt λύκοι ἀξιόπιστοι , abusivè scilicet, cùm ita videri velint. Equidem *ipse* [ait Gregor. Nazianzenus (h)] graves & atroces lupos *timeo* , ne *caligine nostra* [i. e. tempore , quo ipse ab urbe absens erat] *observatâ* , *rapaci ac violentâ doctrinâ gregem dilacerent* : *intempestam enim noctem captant*, *quòd palàm aperteq; nihil efficere possint*. Scribit *Wolfius* (i) Fuldæ *lupum* in cucullo monachali depictum conspici anseribus concionantem & dicentem ; *quàm lubenter cupio vos* omnes

(d) S. Ambros. serm. VI. in Psalm. CXVIII. p. 625. (e) Prudent. in Psychomach. (f) Herrenschmied Part. II. Postill. neosymbol. & theol. polit. phys. pag. 176. (g) in epist. ad Philadelph. (h) orat. XXVIII. (i) lection. memorabil. T. I. p. 584.

omnes in visceribus meis! Ecce lupus *ovis guttur apprehendit, tu taces, nec increpas : ô mercenarie,*lupum *venientem vidisti, & fugisti. Respondes fortè : ecce hîc sum, non fugi. Fugisti, quia tacuisti : tacuisti, quia timuisti. Fuga animi timor est. Corpore stetisti, spiritû fugisti.* (k) Qui prolixiorem utriusque bestiæ [*lupi* & hæretici] comparationem optat, evolvat post alios *M. Nicolai* Rebhans / Superint. Isenacens., concionem venatoriam XIII. (l) Ergo videte & cavete ! (m) Quæ enim societas ovi cum *lupo ?* (n) *Nicolaus de Clamangis* (o) cum *Palingenio* [perversos] monachos hûc trahit, eosque *lupos rapaces* vocat. (II.) pro *tyranno.* (p) *Principes eorum* lupi rapaces *sunt*, reissende Wölffe. Næ tales sunt avari, qui non verentur sanguinem effundere hominum, ut geminent abundantiam divitiarum, & solvant magnitudinem nominum. Judices eorum sicut *lupi vespertini*, i.e. famelici, Wölffe am Abend / die nichts lassen biß auf den Morgen überbleiben. Jeremias (r) vocat *lupos solitudinum*, seu ex deserto venientes, qui ferociores sunt: at rectiùs dicuntur vespertini, beissiger denn die Wölffe des Abends. (s) Per hos Anton. Gvevarra *hyænas* intelligit, cum quo facit *Gesner.* (t) Cùm enim toto die (2) pro tyranno.

A 5 ober-

(k) S. Augustin. T. IX. tract. 46. in Joh. X. p. 342. (l) pag. 249. seqq. (m) Matth. XVI. 6. (n) Syr. XIII. 21. (o) Lib. de corr. Eccles. statu. (p) Ezech. XXII. 27. (q) Sophon. III. 3. (r) cap. V. 6. (s) Hab. I. 8. (t) T. I. f. 556.

oberrârint, frustra captantes prædam, vespere præ fame sæviores fiunt, cumprimis si nihil reperiunt, quod vorent. Hûc etiam spectat istud Genes. (u) de *Benjamino* dictum: *Benjamin* lupus rapax *est*, *dividet serò spolia sua.* Benjamin ist ein reissender Wolff/ des Morgens wird er Raub fressen/ aber des Abends wird er den Raub austheilen. Quod de Apostolo Paulo interpretes explicant, è tribu Benjamin orto, qui *mane*, i. e. primâ ætate Ecclesiam persecutus est; *vespere* autem, i. e. devergente ætate, gentes docuit. (w) Hinc *Aratus*: (x)

O lupe, *Paule* rapax, *dedit hoc benedictio Jacob*
nomen habere tibi: quid jam remanebit in orbe,
quod non ore trahas, postquam sollertia Graja
vincis Athenas?

Demosthenes (y) vocat Alexandrum M. in omnium Principum fortunas sævientem μονέλυκον, *omnium gentium latronem.* (z) Et *Krantz.* (a) Expositurus sævitiam Bolislai, Regis Poloniæ, gregem Domini perdentis, comparat eum *rapaci lupo. Vehemens lupus* apud *Horat.* (b) est acerrimus inimicus. Religiosa manus collapsi templi ruderibus olim inscripserat:

Quæ

(u) XLIX. 27. (w) Vid. Tertull. L. V. advers. Marcion. p. Origen. homil. IV. in Ezech. Sam. Bochart. Lib. III. Hieroz. c. XI. pag. 828. (x) in hist. Apost. (y) apud Plutarch. (z) Curt. VII. 8. (a) L. III. Wandal. cap. 13. (b) L. II. epist. ult. vers. 28.

Quas quondam pietas nostrorum struxit avorum ædes; heredes devastant more luporum.

(III.) pro ipso *diabolo*, (c) qui crudeli astû *lupum* egregiè mentitur. (3) pro diabolo.

§. 7. In *profano* sensu sumta vox *lupi* iterum diversas induit significationes, & quidem (I.) *rhetoricè*, seu *metaphoricè* sumitur (1.) pro *scortatore*, seu *meretrice*, (d) quia vorat & perdit sectatores suos, (e) & insatiabilis est libidinis. (f) Wer sich an sie hängt / und an ihnen klebt / oder an sie gepicht / geküttet und geleimt ist / und behängt sich mit unzüchtigen Bübin oder Wölffin / wie ein Bettler mit Muscheln / der ist ein Narr / und bleibt ein Narr / und wann gleich St. Peter oder Salomo sein Vater wäre. (g) Inde Germanorum istud: Du garstige Luppe / qualis erat Remi & Romuli nutrix, vulgò *Lupa*, [ob pulchritudinem & rapacitatem corporis quæstuosi, (h)] *Livio* autem, *Eutropio*, (i) *Floro*, (k) *Virgilio*, (l) *Lactantio*, (m) *Gobelino Persona*, (n) aliisque *Accia Laurentia* dicta, Faustuli uxor, licèt *Justinus*, Epitoma-

in sensu profano I. rhetoricè (1.) pro scortatore & meretrice.

(c) Joh. X. 12. (d) Vid. Isidor. L. XVIII. etymol. c. 2. & Barth. L. X. Advers. c. 2. (e) Prov. VI. 26. (f) c. XXX. 16. (g) Matthesius concion. III. super Syr. XIX. p. m. 112. (h) Marian. Scot. L. I. chronic. ætat. IV. p. m. 320. b. (i) L. I. c. 5. (k) L. I. c. 3. (l) I. æneid. v. 279. cum Comment. Taubmann. pag. 358. (m) L. 1. inst. divin. c. 20. (n) Cosmodr. ætat. IV. c. 8.

tomator Trogi, (o) & *Propertius* (p) cum aliis *feram lupam* intelligere velit. (q) Unde omnis ille populus *luporum* animos inexplebiles sanguinis atque Imperii divitiarumq; avidos & jejunos habere dicitur à Justino; (r) *Livius* (s) & *Vellejus* (t) Romanos vocant *lupos.* Hinc *lupanaria,* [de quibus jam suprà] ubi cum meretrice per vias *lupantur,* i. e. scortantur, *meretricum cellulæ,* paraphraste *Mariano.* (u) Cur Scylla à pube canibus *lupisque* succincta fingatur, haud ineptè explicuit *Sabinus,* (w) cum *Justino.* (x) Rectiùs tamen *Fulgent. Planciades*: (y) *Scylla,* infit, *in modum meretricis ponitur, quia omnis libidinosa canibus* lupisque *inguina sua misceat necesse est.* Justè igitur canibus & *lupis* mista, quia nescit alienigenis sua devorationibus saturare secreta,

fabula Scyllæ.

- - - *sicque in carmine toto*
inguinis *est vitium* & Veneris *descripta libido.* (z)

Mos erat Cypriis, virgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecuniam quæsituras, in quæstum ad littus maris mittere pro reliqua pudi-

(o) L. XLIII. c. 2. (p) L. IV. eleg. 1. & lib. 2. eleg. 7. (q) Conf. D. Sagittar. dissert. de exposition. infant. cap. 3. & Cl. Rupert. observ. ad Flor. lib. 1. c. 1. (r) L. XXXVIII. c. 6. (s) L. 3. cap. 66. (t) L. 2. c. 27. (u) l. c. (w) in not. ad lib. 4. Metamorph. f. 1. (x) L. 4. cap. 1. (y) L. 2. Mytholog. (z) Virg. in Cyri v. 69. add. Comment. Taubmann. p. 25. & comment. in emblem. Alciat. 68. p. 303. seq.

pudicitia libamenta Veneri soluturas. (a) Plura scortationis promiscuæ exempla habent alii. (b) Utinam apud nos, ignosce sanctè pudor!

non intrent calidum veteri centone lupanar. (c)

Sed corrumpi & corrumpere hodie seculum dicitur. Deus meliora! *Oves illius haud longè absunt à* lupis; (d) ubi cum *Mureto* (e) meretrices intelligere potes, à quibus non longè absunt istæ oves, quas in crumena portabat. *Divortunt mores virgini longè ac* lupæ. (f) Meretrices quoque dicebantur *limaces*, quia, ut hæ olera & plantas: sic illæ misellos amasios καταφαγεῖν, i. e. vorant; vel potius à *limando*, aut quòd in *limo* cœnoque fœdarum voluptatum volutentur. Inde Plautus (g) *lutulentum cœnum* vocat ganeum, & Catullus (h) *lutum lupanar*, Horatius (i) meretricem Regis *pus atque venenum*. Vide *Commentar. Taubmann.* (k) & Cl. V. *Andr. Reyheri*, Doctoris olim mei, *Theatr. latinitat.* (l) nec non *Matth.*

meretrix est limax

(a) Justin. lib. XVIII. 5. (b) Curt. lib. V. c. 1. Herodot. lib. 1. Tiraquell. lib. VII. de connub. c. 30. Beyerling. lib. IV. theatr. vit. hum. pag. 939. J. H. Ursin. lib 2. anal. sacr. c. 29. & lib. 2. quæst. biblic. c. 11. pag. 75. seq. (c) Juven Sat. VI. v. 121. (d) Plaut. Truc a. 3. sc. 1. v. 12. (e) Lib. IX. V. L. cap. 15. (f) Plaut. Epidic. a. 3. sc. 3. vers. 22. (g) Bacchid. a. 3. sc. 1. vers. 17. (h) carm. 3. (i) I. Sat. 7. (k) in Curcul. a. 2. sc. 1. (l) p. m. 1463. B.

Matth. Martin. (m) *Georg. Sabinus* in *lupam* talem noctû interfectam ita: (n)

Dum se fingit anus formosam nocte puellam,
& lupa fucato decipit ore procum.
Suppositam veluti Calchas *pro virgine cervam;*
sic procus hanc mactans conficit ense lupam.

Vere Salomon: (o) *fovea profunda os meretricis, cui Dominus irascitur, incidit in eam.* Hinc questus amantis in *pygmao meo academico*: (p)

Fœnoro *me* Veneri *pro* fœnore; *sed mihi nullum*
dat fœnus, *posthac quid* venerer Venerem?
Fœnora *vel quadam si dat, nihilum mihi, prater nomen divisum,* væ *capitale dabit.*
Idcirco juvenes Veneris *contemnite* fœnus:
nam Venus *est* vetita *&* fœtida *res* Venus *est.*

(2.) pro Sycophantis, (3.) pro iconibus lupori. II. Astronomicè, (1.) pro asterismo australi

(2.) pro *Sycophantis*, ut apud *Aristophanem* in *Vespis* videre est, ob fraudulentam ipsorum astutiam. (3.) pro *iconibus luporum*, quales in nummis antiquioribus visuntur, Romulo & Remo ubera præbentes. (II.) *Astronomicè*, (1.) pro *asterismo australi* juxta aram, constante XIX. stellis, de quo fabula, esse illam bestiam, quam Centaurus venatus, & super altare, cui vicina est, offerre voluit, sed inter sacrificandum simul cum pecude & ara in cœlum sublatum esse. (2.) Prisci ipsum

(2.) pro Sole,

Solem nominârunt λύκον, (q) quia mundi oculus

(m) in lexic. philolog. in voc. limax. (n) libr. epigrammat. p. m. 294. (o) Prov. xxii. 14. (p) seu Cent. 2. epigramm. m. 48. (q) vid. §. 2. Macrob.

lus est, omnia qui cernit, per quem videt omnia tellus. (r) (III.) *Geographicè* pro *urbibus, villis, fluviis, castris* &c. Vide *Gesnerum* (s) & nos infrà. (t) (IV.) *Moraliter*, seu Ethicè pro *avaro* & *injusto*, seu *alienæ libertatis raptore. Qui autem* impetu *rapitur ad* contumeliam, *nonne* scorpius *est? qui praeceps ad* vindictam ultionemque *fertur*, *nonne est* vipera gravissima? *quid* avarus *ipse*, *nonne est* lupus rapacissimus? *nulla in nobis* bestia *non invenitur.* (u)

III. Geographicè,
IV. Moralites

Sed lupus *usuram, puerique diaria poscunt.* (w)

Hîc *lupus* pro fœneratore ponitur. (V.) *Mechanicè*, (1.) pro *serrula manubriatâ*, Handsägen / ab inæqualitate dentium ipsi cum *lupo* communi sic dicta. (2.) pro *harpagine*, seu *unco*, quô *primò* aquam è puteo subducimus, einen Brunnenhacken / vel *secundò* carnem ex ollis eximimus; seu *tertiò* naves in bello capimus; aut *quartò* contra arietes olim in oppugnationibus utebantur oppidani. Funibus alligabant, eratque instar forficis dentatum instrumentum. (x) (3.) pro *ligatura*, seu *nodi* quodam genere apud *Theomnestum*. (y) (4.) pro *frenis asperrimis*, à *lupinorum* dentium simili-

V. Mechanicè (1.) pro serrula manubriata,
(2.) pro harpagine variis usûs,
(3.) pro ligatura seu nodo
(4) pro frenis,

lib. 1. Saturnal. c. 17. Cœl. Rhodigin. lib. XXIV. c. 17. (r) Ovidius. (s) lib. 1. hist. animal. quadrup. pag. 754. seq. (t) S. 2. Part. 2. cap. 2. (u) Gregor. Nyssen. citante eum Stengel. lib. de monstris c. XV. p. 529. (w) Martial. lib. XI. epigr. 109. (x) Veget. lib. IV. c. 23. (y) in Hippiatr. c. 24.

similitudine, quæ *lupi* & *lupata* dicuntur, etiam *murices*, græcè ἐχῖνοι, germanicè Wolffsbiß.

- - - *duris parere* lupatis: (z)
& placido duros accipit ore lupos: (a)
asper equus duris contunditur ore lupatis: (b)
- *non aspera prabet ora* lupis: (c)
quadrupedum flectit non cedens virga lupatis. (d)

(5.) pro armorũ genere (6.) pro pomærio, VI. Magicè, VII. Chymicè, pro antimonio, VIII. Medicè pro ulcere,

Conf. Turneb. (e) (5.) pro *armorum bellicorum genere*. (f) (6.) pro *pomario* Zwingwolff / quo de Vorburg, (g) (VI.) *Magicè*, pro *lycanthropis*, de quibus infrà. (h) (VII.) *Chymicè* pro *antimonio*, quod scilicet omnia metalla, præter Solem, absumit; seu quod in purificatione auri cum antimonio facta hoc per sulfur suum rodens absorbeat & imbibat omnia heterogenea tàm metallica, quàm non metallica. (i) (VIII.) *Medicè* pro *ulcere*, *lupi* instar celerrimè viciniam depascente. Monachus Forgensis in Normannia *lupiam* annatam habebat parti jecoris gibbæ, ex qua plus quàm quadraginta ova, gallinaceis magnitudine paria, nonnulla columbinis prodière. (k) Et Paræus (l) in *lupia* mammæ materiam reperit ovum gallinaceum crassitie æquantem.

(IX.)

(z) 3. Georg. v. 208. (a) Ovid. (b) Virgil. l. c. (c) Statius. (d) Silius. (e) lib. xi, cap. 28. (f) Vid. Livius lib. xxviii. hist. c. 3. (g) lib. x. Hist. p. 50. B. (h) S. iv. c. 2. (i) D. Bruno in lexico medico p. 560. (k) Zodiac. med. Blegnii ann. V. circa fin. p. 252. edit. Genevens. (l) lib. vi. c. 21.

(IX.) *Physicè*, (1.) pro *corpore naturali vivo vegetante*, & quidem illa planta, quâ in coquendo zytho utimur; vocamusq; Hopffen/ vel à colore *lupino*, seu asperitate, aut amaritie, [*lupulum salictarium*,] & quòd saliat ascendatque ad salices seu perticas; unde non nemo hopffen ab hüpfen derivat. De obstructione mensium lethali abs odore lupuli vide Curiosos nostros. (m) In parochum *lupulum* nimis carè vendentem Poëta sic: IX Physicè, (1.) pro corpore naturali vivo vegetante. (1.) lupulo salictario,

Nolo cum populo contra te surgere in iras,
quòd lupulum *vendas, sed quoque vende* lupum.

vel pro floribus herbæ Iridis, quos *lycos* appellamus, ob labiorum *lupinorum* speciem. Hos fortè intellexit *Laur. Hofmann.* (n) (2.) pro *ratiocinante*, atque hôc sensu homines nonnulli ita dicuntur e. g. Wolff/ Wolffhard/ Wolffgang/ de quibus infrà latiùs. (o) (3.) pro *sentiente* [uti scholæ ajunt] (1.) *imperfecto*, ut araneo apud Plinium (p) & alios. (q) (2.) *perfecto*, & quidem bruto (1.) *volatili*, milvo, quem à *lupina* voracitate λύκον nominant; nec non ave quadam ex graculorum, seu monedularum grege. (2.) pro bruto *natatili*, seu lupo, non lucio, Hecht. Quanta enim differentia inter utrumque piscem sit, (2.) aut floribus iridis. (2.) pro ratiocinante, (3.) pro sentiente, (1.) imperfecto (2.) perfecto, (1.) volatili. (2.) natatili lupi & lucii differentia.

(m) Dec. II. Ephem. ann. VIII. obs. 87. (n) consil. medic. 50. p. 287. (o) S. II. P. II. c. I. (p) L. XI. c. 24. (q) Aristot. lib. IX. H. A. c. 39. Ulyss. Aldrov. lib. V. de insect. c. 13.

dicent tibi Cl. Viri *Scaliger*, (r) *Schröder*, (s) *Nonnius* (t) *Martin.* (u) & alii. Memorabile, quod *Sethus Calvisius* ex annalibus Svevicis narrat (w) de *lucio* pisce annorum CCLXVII, quique pondere erat CCCL. librarum. De alio, cujus caudæ *fumaria* annata erat, & ex capite *anserina* creverat, vide me alibi. (x) In Vierra captus unus, qui in ventre *albâ cruce rubrâque punctulis* eleganter distincta, in capite verò *stellâ* insignitus fuit. (y) Alius in ventriculo *homunculum* habuit. (z) Rustica nuper secundâ vice gravida integrum *lucium* crudum & adhuc viventem cum squamis cupidè voravit Bruxellis, quod suis oculis vidit Cl. D. *Bernh. Pfahl*, JC. Amicus selectus (a) (3.) pro *gressili* adulterino, ut *lycisca*, quem latinè *lupum canarium*, seu *canem luparium* dixeris; (4.) pro *amphibio* isto in littore oceani britannici, alibique, cujus icona dabit *Schottus*: (b) vel (5.) *cum apposito* lupo cervario, seu lynce, ita dicto, quòd crudelitate & rapacitate proximè accedat ad *lupum*, seu quòd infen-

memorabilia de lupo,

(3.) gressili,

(4.) amphibio,

(5.) lupo cervario,

(r) exercit. 201. (s) Pharmacop. med. chym. lib. V. class 2. c. 28. p. 329. (t) Lib. II. de re cibar. c. 34. p. 378. (u) in lexic. philolog. (w) in oper. chronol. p. m. 803. (x) fascic. I. obs. m. medico-phys. Dec II. Eph. curios. ann. V. annex. num. 113. (y) fascic. II. obs. mear. ann. VI. Eph. Dec. II. affix. num. 11. (z) Brev. rer. memorab. Isib. ab Amelunx. & Alex. de Insula à nobis edit. & Dec. II. Eph. cur. ann. IV. adject. num. 38. (a) C. IV. obs. med. phys. 38. (b) Phys. curios. L. VIII. cap. 49. pag. 905.

infensissimus cervorum hostis sit; vel quòd cervorum hinnulos maculis suis imitetur; vel quòd animal mistum sit ex cerva & *lupo*, vel *lupa* & cervo. Hinc Helvetii vocant Thier-wolff. vel (6.) pro *lupo Scythico*, germanicè Grimmenklau / ab acie ungvium, queîs maximè sævit. Umbram ejus depinxit *Schottus*, (c) vel (7.) *sine apposito*, in quo sensu nos accipimus pro *quadrupede, armentis incolarum insidiante*, uti jam pleniùs describetur.

(6.) lupo Scythico, (7.) in nostro sensu

§. 8. Græci vocant communiter λύκος: Samnitica, seu potius, juxta *Strabonem*, Saunitica vox *Irpus*, vel *Hirpus*, lupus; Testes vide *Varronem* & *Festum*, qui cùm Catone *Sirpices*, vel *Hirpices*, aliàs *hirpites* raptores vocârunt. Unde populi quidam Straboni dicti *Hirpini*, seu Irpini. (d) Hispanis *lupus* est *lobo*, Danis Uhl: inde herba Paris Ulfsbeer. Vide, si placet, quæ de *Cornificio Vlefeldio* narravi alibi. (e) *Olaus* idem est ac *lupus*. Nos appellamus Wolff / quo de vocabulo legi meretur Ampliss. *Harsdörfer*. (f) Inde Wolffsbohnen / *lupinus* sativus flore albo, Wolffsmilch peplus, Wolffswurtz / Christophoriana, etiam napellus blau Wolffswurtz / de cujus veneno post multos alios lege sîs Herbar. *P. Andr. Matthioli*. (g) Verùm *Olaus Rudbeck* (h) asse-

Synonymia Hirpus. Hirpini lobo Uhl olaus Wolff

B 2 rit:

(c) loc. citat. (d) vid. lexic. philolog. Martin. (e) S. II. Lagograph. m. c. 3. §. 1. p. 126. (f) im grossen Schauplatz / sehr = und lustreicher Historien / Part. VII. hist. 20. (g) L. IV. c. 77. (h) in dissertat. de fundamentali plantar. notitia §. 45.

rit: Muſcovitas flores napelli inter delicias & embammata amicis apportare. Ruſtici noſtri duodecim à natali Dominico diebus diligenter cavent, ne ſuo eum nomine vocent. Audit ergo das Unthier. Hinc plebeculæ garritus: man muß in den zwölff Nächten den Wolff nicht nennen / ſonſt beiſt er die Schafe tod. Veteres Germani vocabant

Bolph, *Bolph*. Inde *Boliphonem*, ſeu *Voliphonem* format Aventinus. *Bolphang* diminutè *Bolph* & *Boëlfel*, lupi inceſſus & via. *Bolphard*, fortis ut lupus; *Voliphardus*, heros Germaniæ, qui adhuc canitur. *Bolfhyld*, *Boliphylda*, uxor Henrici VIII. Ducis Bojorum. *Bolfram* luporum venator: *Voliphoramus*, purgans terram à lupis.

CAPUT II.

DE DEFINITIONE ET DIFFERENTIA LUPI.

§. 1.

definitio lupi, EST autem lupus *brutum quadrupes*, *ululans*, *visû & odore excellens*, *forte*, *aſtutum*, *crudele*, *rapaxque voraxque*, & *tamen ſalutare*.

explicatio, brutum, §. 2. Dixi: eſſe *brutum*: refertur enim à Spiritu Dei ad ἄλογα ζῶα. (i) Admirandæ, fateor, apes & prudentiæ & induſtriæ Remp. habent,

(i) 2. Petr. II. 12.

habent, (k) quam venustâ dissertatione pulcrè exposuit Excell. Philosophus Jenensis, Dn. *Joh. Andr. Schmidius*, Amicus colendus, (l) cui meritò junxeris Ejus *Chrysippéam brutorum logicam*, (m) & Doctissimi M. *Joh. Jacob. Thurmij*, Augustani, nitidam disp. de *apibus*. (n) Solus homo λογικὸς. Hoc axioma qui infregerit, pœnâ sensûs dignus esto. (o)

§. 3. *Quadrupes*, ut intelligas præeminentiam ejus. Quadrupedia siquidem perfectiora sunt ceteris tàm animâ quàm corpore: illam splendidiorem, hocque membris magis distinctum & illustrius à Deo obtinuêre. Quàm mirabilia omnia opera Domini! (p) ut etiam Pergamenus ἄπαντα τῆς φύσεως ἔργα θαυμαστὰ pronunciet. (q) Meditabor ergo in omnibus operibus tuis, mi Dens, in factis manuum tuarum meditabor. (r) Cuncta quippe, etiam pusilla, enarrant (1.) *omnipotentiam*, (s) cùm in pediculis quoque digitus Dei sit, (t) (2.) *sapientiam*, cujus non est numerus, (u) & in qua omnia fecit, (w) (3.) *amorem & bonitatem*, (x) nec non *justitiam* Dei. (y) quadrupes,

(k) Plin. lib. XI. cap. 5. (l) habit. Jenæ anno 1684. (m) edit. ibid. anno 1689. (n) §. 31. seqq. habit. Lipf. anno 1668. (o) Adde disp. M. Joh. Ernest. Hering. de ratione brutorum habit. Wittenb. anno 1665. (p) Ps. LXVI. v. 1. CXXXIX. v. 14. (q) L. XV. U. P. c. 6. (r) Ps. CXLIII. 5. (s) Syr. XLIII. v. 41. (t) Exod. VIII. 19. (u) Ps. CXLVII. 5. Syr. XLII. 26. (w) Ps. CIV. 14. (x) Syr. XXXIX. 40. (y) Sap. V. 18. Syr. XXXIX. 30. seq.

§. 4. *Vlulans:*

ululans *at* lupus *ipse ululat,* ait de vocibus avium & quadrupedum incertus autor. Quod cani est latratus, lepori vagitus, hoc *lupo* ululatus, λυκηθμός. Lapsum Cardani circa hanc rem, ideoque castigatum à Scaligero legimus in exercitatione. (z) Noctu præsertim terribiliter ululant,

- - *& alta per noctem resonare* lupis ululantibus *urbes.* (a)

Tale quid etiam inter prodigia ruituræ Trojæ memorat Q. Calaber. Quandoque uno ululante reliqui omnes conveniunt ad prædam ituri. Hinc proverbium: ulula cum *lupis*, cum quibus esse cupis. Wenn man untern Wölffen ist/ muß man mitheulen. De ululatu eorum incendij præsagio anno 1553. lege Fincelium. (b)

visu & odore excellens. §. 5. *Visu & odore excellens.* Nocte illuni etiam videt, lumenque ex oculis jaculatur, notante *Plinio.* (c) Rectè *Philes* in jambis suis:

ὁρᾷ δὲ μακρὰν, ὀξυδερκὴς ὢν φύσει,
καὶ γλαὺξ ἀτεχνῶς ὑπόγε νύκτα, καὶ σκότος.
acie oculorum prævalens luce fruitur,
seu noctua, atra noctu in caligine.

Vide Illustris *Bartholini* nostri de *luce animalium* tract., inprimis lib. II. cap. 5. qui putat, paga-

(z) num. 202. S. I. (a) I. Georg. v. 485. (b) Part. II. p. 105. (c) L. XI. cap. 37. Pier. Hieroglyph. lib. VI. c. 2. p. 126.

paganos ad lumen hoc oculorum respexisse, quando Apollini *lupum* dedicabant, ipsum Solem *lupum* nominantes. Ob eundem oculorum splendorem, uti leo, ad ignem expavescere, lucemque fugere dicitur. Et *odore excellens.* Famelicus enim per noctem vento adverso escæ vel per medii milliaris spatium percipit odorem. (d) Septentrionales prægnantium mulierum odorem tam accuratè sentiunt, ut nulla sine armato socio ambulet. *Viatores* [sunt verba *Olai Magni* (e)] *armatos incedere oportet, præcipuè mulieres partui viciniores, quibus* lupi *capto odore magis insidiantur. Ideoque nulla femina sola permittitur itinerari, quin armatus custos illi assistat.*

§. 6. *Forte & astutum.* Omne, quod pede terit, vivere nequit; (f) agnum armis suis commodè gerit, sicque pastorem fugit, ipseque omne periculum devitat. Homerus ita: (g) forte & astutũ.

- - - λύκοι ὡς
Ὠμοφάγοι, τοῖσίν τε περὶ φρεσὶν ἄσπετον ἀλκὴ,
- - - lupi *ceu*
crudivori, quibusve circa mentes immensum robur.

Quasi lupus *armis valeo: clunes infractos gero.* (h) Unus *lupus* non timet multas oves, dixit Alex. Macedo, audiens de numeroso Codomanni

(d) Jonston. Thaumat. nat. Class. VII. c. 24. p. 315. (e) L. XVIII. c. 13. & L. IV. cap. 11. (f) Isidor. L. XII. cap. 2. (g) Iliad. 16. (h) Vid. fragment. Plaut. edit. Taubmann. p. 1462.

manni milite. *Lupus* enim non curat numerum. Ingenium & induſtriam ejus commendat *Ælianus*, (i) cujus rei multa ſpecimina vide in ephemeridibus Curioſorum. (k) Cornuta animalia à tergo adoritur, ne ſe contrà illatas injurias tueantur. Ventriculum terrâ farcit, ut ita gravior fiat, fortiusque oppugnet, nec adeò facilè excutiatur. In periculis maturè feſtinat, ſylvasque repetit ante clamorem, catulos ſuos ſecum portans; noctu plerunque graſſatur, & ante diluculum, cœloque nubilo. *Oppianus* ita:

Specimina ingenii.

πολλῷ σὺν ῥοίζῳ δὲ μάλ' ὄρθων εἶσιν ἐπ' ἄγρην
πρώτῃ ὑπ' ἀμφιλύκῃ.

multo cum ſtridore matutinus valde it ad prædam primum ſub crepuſculum.

Hinc queſtus *Pauſaniæ*, (m) quòd ſummo mane *lupus* impetum fecerit in boves, ante muros paſcentes. Vulneratus in luto ſe volutat, ſicque ſanguinem cohibet. Percuſſores ſuos notat, eosque acriùs invadit. Cùm per folia incedit, ad ſupprimendos ſtrepitus pedes lambit, ut lubrici reddantur. Pecude aliquâ minori captâ auriculâ comprêndens eam adducit fugiens, & renitenti clunes caudâ ferit. Caulas & ovile expugnaturus adverſo vento ambulat; ſin: canes odorem ejus ſentientes latratû ociùs eum prodent. Quando pes ejus inter inſidias fortè alliſus ſtrepitum

(i) L. III. c. 6. (k) Dec. II. ann. IX. obſ. 71. p. 116. (l) L. III. Cyneget. (m) in Corinth.

tum fecerit, morsû plectit ipsum. Capras capturus sub frondibus delitescit, illisque frondes & salicis ramulos ultrò porrigit, ut inescet; partem cibi condit, ut esuriens eam repetat. Prœlium ejus cum tauro narrat Ælianus; (n) quem in paludem lapsum cum vitulo aberrante cepit. Certamen ejus cum suibus memorat *Jonston.* (o) & *Schottus.* (p) Flumen trajecturus caudam socii sui mordicus tenet; sicque ordine nantes resistunt fluctibus & facilè tranant. (q) Prædæ inhians rictum latissimè diducit, sicque accurrit, ut si spe excidat suâ, tamen hiante oberret ore. Inde adagium: *lupus hiat.* Dentes acuit origano, seu dracontio. Languens herba frumenti & rapistro vomitum sibi ciet, breviq; restituitur. Villicus vicinus canem venaticum alebat, custodiæ nocturnæ prædii præfectum. Accidit autem, quod in plenilunio *lupus* circa villam discurreret, cui canis ille confestim allatrabat, & sequebatur fugientem *lupum.* Hic verò, famis impatiens, se retorsit in canem, illumque insequitur. At canis aufugiens insiliensque super furvum, se in tutum recepit, indeque continuò latravit, herum excitans, *lupi* præsentiam docuit. Sequenti verò die rediit *lupus*, quem canis, ut pridie, latrando adorsus est. *Lupus* autem fugam fingens, donec comitem, quem secum addu- discursus rationalis lupi.

B 5

(n) L. V. c. 19. & lib. VIII. c. 14. (o) loc. cit. (p) Phys. curios. lib. VIII. c. 48. p. 904. (q) Ælian. lib. III. c. 6.

adduxerat, *lupum* conjecturâ sciret se subter furvum occultasse. Cùm itaque se convertit ad canem, qui profugus ab insequente *lupo*, putans ad furvum, velut tutissimum castrum, refugere, prodiit occultatus alter, qui canem rictû apprehendit, saltumque super furvum præpedivit. (r) Egregiè tamen deceptus à *scrofa* & *hædo*. Ad hanc cùm accederet parturientem, obstetricis se munere functurum pollicetur. Cui scrofa, metuens sucullis suis, si ederentur *lupo* præsente; imò tu obstetricem, inquit, adducito: nam pudore prohibeor, quò minùs in tali re virili ministerio utar. Atque sic ablegato *lupo* enixa est numerosum fœtum, quem in tuto collocans paulò post reversum *lupum* derisit. Sic ars deluditur arte, & fallaciæ repelluntur fallaciis. Capra in pascua itura imperat capro, ne cui caulæ fores ante vesperam pandat. Vix fuerat profecta, cùm advenit *lupus*, & in quantam exilitatem poterat, vocem diducit, ut capræ similis videatur, & ostium sibi aperiri petit. Cui hædus, fraude ociùs intellectâ; *imberbes*, ait, *animantes mater vetuit admitti.*

deceptus à scrofa & hædo,

crudele

§. 7. *Crudele:*

- - - effera sævit
atq; impasta truces ululatus turba luporum
exercet, morsûq; quatit restantia claustra. (s)

Λύκε ἔφοδον, ait Philost. (t) *lupi* impetum, quasi

(r) Helmont. in venatione scientiar. thes. 34. (s) Silius Lib. VII. (t) in Heroic.

quasi nihil hoc crudelius aut terribilius foret. Ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ λύκος, *lupus* homo homini, (u) ein Mensch ist des andern Teufel. Ab homine homini quotidianum periculum. (w) Λύκοι φαρεῖς. (x) Ajunt: Si homo pariter & brutum in prædam veniant, *lupum* illi parcere, hoc verò aggredi. Contrarium tamen habet *Autor addition. ad Lambert. Schafnaburg*; (y) ubi *lupi*, relictis ovibus in campis, pastores invasere. Anno DLXXXII. *Burdegalem* ingressi, neminem metuentes, devorarunt canes. (z) Circa Rhenum infantes asportarunt. (a) Anno MCCCXCIII. centum & quinquaginta homines trucidatos vorarunt. (b) Adde M. *Adrian. Beyer. Syllab. Rect. & Prof. Jenens.* (c)

At lupus *& turpes instant morientibus ursi,*
& quæcunque minor nobilitate fera est. (d)

Differt verò crudelitas *lupi* ratione *temporis*, & (1.) quidem *hyemis*, ùt notum est. Idque minimè experiuntur Boreales, qui ad privata negotia, aut Ecclesias rurales vix ibunt nisi armati. Nusquam enim ibi tuta fides. (2.) *coitûs*, seu quando catulos alit, testante Aristotele. differentia crudelitatis (1.) ratione temporis (2.) coitûs.

(u) Plaut. in Asinar. a. II. sc. IV. v. 88. (w) Senec. epist. 103. (x) Act. XX. 29. (y) ad ann. 1271. (z) Sigebert. Gemblacens. ad hunc ann. (a) chron. Belgic. magn. p. m. 215. (b) Compilat. chronolog. T. I opp. Pistorian. pag. 748. (c) p. m. 163. (d) Ovid. L. III. Trist. eleg. 5.

(3.) famis, tele. (e) (3.) *famis*, qui balatû ovium maximè acuitur, (f)

audituq; lupos *acuunt balatibus agni*; (g) tunc λύκ© λιμῷ αἰθόμεν©, *lupus* fame furens, inque omnem impudentiam propter cibum erumpit. (h)

Sic animus juvenum furor additus, inde lupi *ceu*
raptores atra in nebula, quos improba ventris
exegit cæcos rabies, catuliq; relicti
faucibus expectant siccis - - - (i)

Utque crudelitatem suam tutiùs exerceant, plerunque gregatim vagantur. At hominis hæc culpa est non *lupi*. Si enim stetisset in statu integritatis, nec *lupus* nec angvis, nec vetula, nec dæmon noceret. Post pestilentiam quoque invadit cadavera, sed nec in Æthiopia, vel Septentrione, si credis *Solino* (k) & *Olao Magno*. (l)

rapaxq; §. 8. *Rapaxque*. Virgilius (m) *raptores* vocat, & Horatius (n) *rapaces*,

- - - *quia dente* rapaci
conveniunt ad ovile lupi. (o)
Utq; rapax stimulante fame cupidusq; cruoris
incustoditum captat ovile lupus: (p)
- - - *perterrita mœnia lustrat,*
more lupi *clausas circumeuntis oves*. (q)

Rapa-

(e) Lib VI. Hist. animal. cap. 18. Junge Ol. Magnum L. XVIII. hist. sept. (f) Oppian. lib. IV. Cyneget. (g) IV. Georg. v. 435. (h) Oppian. lib. III. Cyneget. (i) L. II. Æneid. v. 355. seqq. (k) cap. 32. (l) L. XVIII. c. 11. (m) L. II. Æneid. v. 356. (n) L. IV. ode 4. (o) Arat. (p) Lib. I. Trist. eleg. 5. (q) L. I. Pont. eleg. 2.

Rapacitatem ejus confirmat Dei Spiritus. (r) Ἁρπάζῃ ὡς λύκος, rapiat ut *lupus*, ait Cyrillus Alexandrinus. Nec pudet eum catulis præripuisse prædam, quam ideò occultat mater lavatque rostrum, ne aliquod sanguinis indicium appareat. Inde adagium: Der Wolff ernehrt sich von der Beute. Lege de rapacitate ejus anno MCCCC. in Thuringia facta chronica *Binhardi* (s) & *Bangij*. (t) Utut verò fortis & audax sit, valde tamen simul timidus est, ut etiam in proverbium abierit: *lupus* ante clamorem festinat.

§. 9. *Voraxque.* Hinc Germanorum istud: er ist ein geitziger Wolff / er frist wie ein Wolff / er hat einen Wolffsmagen. Potest quidem per aliquot dies sufferre famem, tunc verò una vice tantum vorat, ut ad triduum & ultra ei sufficiat. *Clades calamitatesque, intemperies modò in nostram advenit domum, quasi* lupus esuriens, *metui, ne in me faceret impetum.* (u) Inde: *lupino* impetu cibos expectare, heißhungrig auf das Essen harren. *Cleomargus* (w) scribit, duos *lupos* antecedente die occisos ab aliis nocte sequente devoratos fuisse. Et *Ælianus* testis est, dum fame urgente multi excurrerent, vertigine correptum & cadentem à ceteris laniatum esse. Quænam verò voracitatis istius causa? num vermes, voraxque. causa voracitatis.

(r) Jerem. V. 6. Ezech. XXII. 27. Habac. I. 8. (s) L. II. p. 286. (t) p. m. 150. (u) Plaut. Capt. a. IV. sc. 4. v. 3. seq. (w) lib. de venatione lupi.

vermes, queis glandulas repletas, inque ventriculis *lupinis* repertas scribit D. D. *Heyséus*, Phys. & Med. PP. Dantisci? (x) seu potius excessus caloris, & intestina non adeo spirosa? placet posterius: idque ex amplitudine
observ. ventriculi colligo. Rustica mulier Anglicana tertiùm gravida doloribus colicis afflicta pulverem ex *intestino lupi* cum aqua chamomillæ præsentissimo cum levamine sumit, & restituta eodem remedio, præservationis gratiâ, crebriùs utitur: cumque id non amplius superesset, ad partes vocat *stercus* & *hepar lupinum* maximè sibi commendatum. Ab his tranquillè vixit, appetitû immensum aucto. Parit tandem puellum summè famelicum, cui cum binæ genitricis mammæ lacte distentæ non sufficerent, substituta adhuc alia in eodem pago nutrix, cujus infans nuper decesserat, verùm ne sic quidem satiari poterat pusio. Demum dato ei vino parciùs egit rariùsque suxit. (y)

§. 10. Ex crudelitate, rapacitate & voraci-
noxium, tate facilè divinaveris *noxas* ejus. *Triste* lupus *stabulis*. (z)

Ac veluti pleno lupus *insidiatur ovili,*
cùm fremit ad caulas, ventos perpessus & imbres,
nocte super media: tuti sub matribus agni
balatum exercent. - - - (a)

Odimus

(x) Dec. II. Eph. Curios. ann. VIII. obs. 1. (y) C. III. obs m. Medico-physicar. 3. (z) Virgil. eclog. III. vers. 80. (a) Lib. IX. Æneid. v. 59. seqq.

Odimus accipitrem, quia vivit semper in armis
& pavidum solitos in pecus ire lupos. (b)

Refert *Camerarius*, (c) Hybernos magno in honore habere *lupos*, imò in patrinos alscisce- re, orare pro iis, ac prosperiora quæque precari, ne lædantur ab eis. Apud Atticos verò publicâ lege talentum illi decernebatur, qui catulum *lupi*, duo isti, qui adultum necasset. Viderat venator cervum, à *lupo* morsum, comestione *varonicæ* inque ea assidua volutatione curatum, qui eadem methodo Regem Galliæ ab elephantiasi redemit. (d)

lupus in honore

§. 11. *Salutare* tamen, in medicina & re œconomica. Omnia quippe ad usum, quod infrà fusiùs probabimus, (e) *Arlottus*, haud inficetus scurra, nobilem quendam mortuum funebri sermone laudaturus ita ordiebatur: animalia quædam optima sunt *viva* & *mortua*, veluti *bos*: quædam *viva* quidem utilia sunt, *mortua* verò nequaquam, ut *asinus*: alia dum *vivunt*, nihili sunt, *mortua* verò sapiunt, ut *porcus*: nonnulla denique reperiuntur, quæ *viva* pariter atque *extincta* pessima esse comperiuntur, ut *lupus*. (f) Non sic, Arlotte: Prodest *lupus*, seu vivat, seu moriatur.

salutare

§. 12. Differunt autem (I.) *magnitudine* & *celeritate*. Oppianus quinque recenset eorum classes,

differentia (1) à magnitudine & celeritate,

(b) Ovid. Lib. II. de art. amand. p. 229. (c) T. I. hist. medit. cap. 28. p. 142. (d) Vid. T. III. Hist. plant. univers. Ebrodun. edit. 1650. & quidem L. XXVIII. cap. 55. p. 283. (e) Sect. III. & IV. (f) Balthas. Bonifacius L. I. Hist. ludicr. c. 59. p. 45.

classes, è quibus secundæ reliquis magnitudine & velocitate præfert. (g) Inde *ἁρπάγας* vocat, ab *ἁρπάζω* rapio. In *Æthiopia* communiter parvi & inertes sunt. (h) Anno MCXLVIII. in territorio *Gebennensi* quidam, corporis magnitudine & animi ferocitate aliis dissimilis, plus quam triginta animas diversi sexûs & ætatis interfecit. (i)

(2) colore

(II.) Colore. Quidam *albicant* ut in *Lapponia* & montibus *Doffrinis*, Sveciam & Norwagiam dirimentibus: (k) pilos quoque habent densiores, longiores & spissiores: *Nigrum* dabunt Curiosi nostri. (l) *Lupum* Ebræis ab *aureo colore* dici, quales in Cilicia sunt, teste *Oppiano*, (m) rectissimè negat M. *Christian.* Wolff. (n)

(3) formâ,

(III.) *formâ.* Æthiopia parit cervice jubatos, & tantùm varios, ut nullum colorem dicant illis abesse. (o) De hoc fusiùs aget *Fullerus*. (p)

(4) sævitiâ, lupi vespertini.

(IV.) *sævitiâ.* Scotici longè ferociores sunt quàm alii, teste *Cardono* (q) & H. *Boëtio*. (r) *Vespertini*, seu *solitudinum*, aut *Arabici*, i.e. ex deserto venientes, ceteris etiam truculentiores. (s) Cùm *Hereb* Hebræis Arabia sit, utique *Theophylactus* (t) vertit: *lupos arabicos*, ut sensus

(g) Lib. III. Cyneget. (h) D. Ludolf. Hist. Æthiopic. lib. I. c. X. §. 49. (i) Rob. de monte append. ad chronol. Sigobert. (k) Ol. Magn. Lib. XVIII. cap. 15. (l) Dec. I. Ephem. ann. III. obs. 193. (m) Lib. III. Cyneget. (n) in disp. Zoolog. de lupo Sect. I. §. 2. (o) Isidor. L. XII. c. 2. (p) L. VI. Miscellan. p. 165. (q) L. VII. rer. mirabil. cap. 31. p. 190. (r) in descript. Scotiæ. (s) Habac. I. v. 8. Jerem. V. 6. (t) in Habacuc.

ſenſus ſit: Babyloniorum equos fore non ſolùm pardis, ſed etiam *lupis arabicis* celeriores. Ferrut enim, [addit ille] *lupos arabicos* celerrimè, quod fortè occurrerit, corripere, ac dum perſequatur eos quiſpiam, capi non poſſe, id quod in pardis non contingit. Ad Sophoniæ iſtud: (u) *judices eorum ſicut lupi arabici*; addit Hieronymus: Symmachum tranſtuliſſe *lupos veſpertinos.* Sed cur ita? quod *lupi* velociores eſſe dicantur nocte vicinâ, ideò νυκτέρινοὶ κύνες nominantur. Vox *Hereb* & *veſperam* & *Arabiam* ſignificat. Arripuit ergo Hieronymus poſteriorem interpretationem, utpote aptiorem ad alluſionem, ſiquidem de regionibus ſermo eſt. (w) Hereb,

---

CAPUT III.

DE SPECIALIORI LUPI DESCRIPTIONE.

§. 1.

IN capite nidulantur aliquando *vermes*, experientiâ venatorum, quod de bobus, equis & ovibus rabidis etiam aſſeruit *Bartholinus.* (x) Communis Anglorum regula: *Utlagatus habet caput* lupinum. *Scharrockius* (y) ita exponit; *qui legibus uti nolunt, iis non magis*

caput verminoſum, regula Anglorum,

C

(u) cap. III. 3. (w) vid. Autor. additament. novor. ad S. Petr. P. ſecund. pag. 40. B. (x) C. III. epiſt. med. 48. p. 194. (y) pag. 137. edit. Oxonienſ.

magis Magistratus, non magis lex, quàm lupo *cavet.* Utlagus siquidem, notante *Vossio*, (z) idem est ac *proscriptus*: derivatur ab *Vt*, ex & Saxonico *laga* lex, quasi diceres *exlegem.* Hinc *utlagare* est proscribere, & *utlagatus* proscriptus, licèt *Scharrockius* interpretetur eum, *qui legibus uti nolit.* Habetur hæc vox passim in I.L. Scoticis, allegante eas Cl. *Thomasio.* (a) Cùm igitur proscriptus, quantus quantus est, cujusvis hominis potestati sic est subjectus, ut à quolibet impunè interfici queat, dicitur ab Anglis: *habere caput lupinum.* Nam *lupi* assiduis villarum infestationibus promeruerunt, ut veluti publicâ lege proscripti viatoris cujusque insidiis & occidendi arbitrio exponantur. *Cerebrum lupi* cum Luna crescere & decrescere, *Alberti* fabula est, licèt eandem in homine etiam historiolâ firmasse opinetur *Salmuth.* (b) Hoc verò certum est, *sanguinem* Lunâ plenâ vel nonnihil augeri, vel spirituosiorem fieri, ut vasa magis repleantur ac distendantur, & per ista cerebrum magis intumescat. Luna quippe humorum rectrix est. De *mammis* verò ad phases Lunæ auctis & imminutis alibi fati sumus. Erat scilicet formosa & robusta virgo, cui quoties ante plenilunium ordinariè fluxus manabat menstruus, mammæ notabiliter flaccescentes detumescebant; cessante verò flumine isto rursus attollebant-

Utlagus.

An cerebrum cum Luna crescat & decrescat?

Uti mammæ.

(z) de vitiis sermonis p. 313. (a) in præfat. sub auspic. dissertat. suar. recitat. num. 59. p. 364. (b) C.I. obs. 72.

lebantur in justam suam molem & tumorem, ut mater, faceta matrona, sæpius diceret: Die Düttchen hebben die Ebbe und Fluth/ i.e. Euripi instar crescunt & decrescunt; (c) Sic puellæ XIV. annorum Luna crescente semper paulatinis auctibus intumuit *venter*, decrescente rursus decrevit, cum cruciatibus maximis, quamdiu venter distendebatur, quos præ aliis terebinthinâ demulcebat. (d) Ex cerebro *lupi* comesto *delirium* notavit Curiosus *Pfahlius*. De felino *stoliditatem* habet Salmuth, (e) ego de eodem *memoriæ amissionem*. (f) & venter

§. 2. Curiosum est, quod in organo *auditûs lupini* nuper notavit Exc. D. *Gabrlieb*, (g) in concha scilicet, septum haud procul à tympano illud cingens, & à conchæ reliqua cavitate distinguens, supernâ orâ innumeris pinnulis ordine, initio & sigillatim dispositis, mox verò confertim, aculeorum instar erinacei, prominentibus munitum; cujus cùm usum indagaret, suspicio nata, septum hoc fortassis in causa esse, quòd *lupi* tympanorum sonum ferre nequeant; sed fame licet rabidi solo hujus fragore à gregibus arceri ac fugari possint. Dum enim sonus ille satis validus patulam auris *lupinæ* cavitatem subintrat, ac tympanum [proportione ad humanum exactâ valde magnum] liberè ferit, reciprocatur fragor ille inter organũ auditûs cur lupus tympani sonum ferre nequeat?

C 2

(c) C. III. obs. m. medico-Phys. 39. (d) Dec. II. Ephem. Nat. Curios. ann. VI. obs. 168. (e) C. III. obs. 100. (f) fascic. II. obs. mear. num. 16. (g) Dec. II. Ephem, ann. IX. obs. 71.

inter spicula sepimenti illius tenuissima; ac inter illa in concha adeò reduplicatur, ut ferendo horrendo illi sono non sit lupi sensorium, alias, ut apparet, satis delicatum, ideoque illum fugere cogatur, quantum potest. Accuratioris intellectûs & considerationis ergò schema subjecit Collega curiosus. Elegans proverbium: lupum *tenere auribus*, zwischen Thür und Angel stecken / weder hinter noch vor sich kommen können. *Terent. Phorm. act. III. Sc. 2. v. 21.*

Oculi §. 3. *Oculi* splendentes sunt, noctuque lucem ejaculantur. (h) Lupo *vespertino acutior*, de eo dicitur, qui visû pollet excellenter. (i) Num verò oculus *lupo* erutus animalia quadrupedia domestica terreat? & an visus *lupi* noxius vocem homini, quem prius conspexit, adimat? vulgi quæstiunculæ sunt, ne cassa quidem nuce dignæ, & à Cl. D. *Frommanno*, Præceptore olim nostro in illustri Athenæo Casimiriano, explosæ, (k)

- - *vox quoq; Mœrin*
jam fugit ipsa: lupi *Mœrin vidêre priores*. (l)

adagia Hinc adagium: lupus *in fabula*, (m) seu lupus *in sermone est*; (n) Et: *etiamsi* lupi *meminisses*, scilicet intervenisset. Wenn man vom Wolff schwatzt/ steckt er in der nechsten Hecken. Utimur

(h) Vid. Rivini dissert de noctu lucentibus §. 9. (i) Hab. I. 8. (k) L. I. de fascinatione Part. II. Sect. I c. 9. p. 120. (l) Virg. ecl. IX. v. 53. seq. (m) Ter. Adelph. a. IV. Sc. I. v. 21. (n) Plaut. Stich. a. IV. Sc. I. v. 71.

mur eo, quoties supervenit ille, quo de loquimur, & nobis suâ præsentiâ facultatem loquendi præscindit. Legi merentur venustæ dissertationes Doctissimi M. *Johannis Praschij*, (o) & Excell. D. *Joh. Andreæ Schmidij*, PP. Jenensis, Amici pl. colendi. (p) Confer D. *G. Mœbij*, (q) *Kirchmayeri*, (r) & *Rivini* (s) disputationes. Retulit mihi tamen D. *Joh. Francus*, Medicus Ulmensis, ex D. *Bartholomæi Wolfharti* MStis, *Petrum Neubronnerum* fullonem annô 1575. ex aspectu *lupi* affectum fuisse raucedine, quem ita curabat: ex aspectu lupi raucedo

℞. Syr. veron,
rob. passul,
loch. farfar, ana unc. un,
pulv. liquirit,
rad. ireos ana drachm. un,
conserv. viol. q. s. f. condit,

de quo sæpius capiat. Nec aspectus gelu eos visû privabit, ut vult Abbas *Urspergensis*. (t) Ut visû, sic *odoratû* insignis est, quo de supra.

§. 4. *Rictus lupi* amplus est, osque maximè diducit. *Dentes* serrati, teretes, inæquales, acutissimi, adque morsum validi, quos draçontio acuere dicitur. rictus dentes

Dente lupus, cornu taurus petit. (u)

 In

(o) de fascino per visum & vocem habit. Witenberg. 1684. (p) habit. Jenæ 1680. (q) de serpente æneo c. 3. §. 6. & 14. (r) de basilisco §. 18. (s) de modo visionis c. 1. §. 5. (t) in chronico p. 71. (u) Horat. L. II. sat. 1.

In senectute fit edentulus. Vespæ tùm maximè generantur, si equorum boumve coria *lupinis* dentibus erodantur. (w) *Collum* adeò

collum breve, ut contorquere ac retrò vertere nequeat, nisi circumacto toto corpore. *Cor* exsiccatum svaviorem spirare Odorem, asserunt alij. *Pulmonem* sterno annatum vidit *Nicol. Steno*, etiam purulentum aliquando. (x)

cor

pulmo

ventriculus. §. 5. *Ventriculus* amplissimus & maximè calidus. Unde voracissimum animal est. Possidet Excell. D.D. *Hartmannus*, in Electorali Academia Regiomontana Prof. celeberrimus, Amicus & Collega curiosus, *ventriculum* hujus bestiæ, qui maximum humanum altero

observ. tanto superat. Vir Consultissimus & Amplissimus Dn. *Joh. Henric. Cösterus*, J.U.D., Judicii Aulici, quod Hildesiæ est, quondam Assessor, Vir antiqua fide & priscis moribus, Amicus noster, viderat in itinere suo Romano apud Abbatem Ordinis Cistertiensis furcellam tricuspidem in ventriculo lupi, ob rabiem capti & occisi, repertam. Manubrium erat ex venustissimo ebore. Integra omnia adhuc & nihil immutatum. Ex quo conjiciebant, haud diu latuisse in ventriculo, & inde rabiem istam lupinam deduxere Venatores, siquidem circa pylorum hærebat firmiter ei infixa. (y) Næ si longiores traxisset moras in ventriculo, ab

(w) Jonston. thaumat. nat. class. VIII. c. 25. p. 371.
(x) vid. infrà §. 25. (y) Vid. C. I. obs. m. Medico-Phys. 93.

ab humore ejus fermentali, [seu cum *Walæo* (z) & *Willisio* (a) acidum, seu cum Cl. *Mœbio* (b) salinum & acrem eum dixeris,] & ab intenso *lupi* calore multùm fuisset mutata & immutata, uti nuper accidit cultrivoro Hallensi, puero XVI. annorum, qui magnum cultrum deglutiit, quique per integrum annum, triginta septimanas & tres dies [scilicet à tertio die Januarij 1691. usque in diem secundum Augusti 1692.] in ventriculo cubuit, & tandem valde imminutus [pendebat siquidem tres drachmas] feliciter extractus fuit ab Experientissimo D. D. *Wolfgango Christophoro Wesenero*, Physico Provinciali Hallensi, qui curiosissimum hunc casum typis Salfeldianis nuperrimè divulgavit. cultrivorus Hallensis.

§. 6. Dixi suprà (c) de vermibus ventriculi, voracitatis causa. Cum itaque nuper Excellentissimus D. D. *Ernestus Gottfriedus Heyséus* die XX. Decembr. st. n. 1691 Gedanô pleniùs mentem suam exposuerit, agè literas tecum, mi Lector, communicabo:

„ Ad *vermes* in ventriculo *lupino* quod attinet, historiam illorum anatomicam paucis „ enarrabo. Triennium circiter elapsum est, „ cùm ad Exc. *Wepferum* literas scriberem in „ que iis mentionem facerem *lumbricorum* in „ glandulis ventriculi *luporum* nonnullis sta- „ bulantium. Unde *voracitatem* animalis con- literæ D. D. Heyséi, PP. Dantiscani,

 jectura

(z) epist. 1. ad Th. Bartholin. (a) de fermentatione c. 5. p. 25. (b) Fund. Med. physiolog. c. X p. 185. (c) cap. 2. § 9.

„ jecturâ physiologicâ deduci posse putaveram. Scilicet data fuit occasio tùm temporis inquirendi cultro anatomico, præsentibus Amicis, in ventriculos *luporum* diversæ ætatis. Resectis igitur dicti visceris tunicis, separatoque ab interiori parte velamento mucoso, tunica nervea oculis sese obtulit multis eminentiis durioribus diversæ magnitudinis, potissimum circa fundum stomachi, notata. Compressa dicta tubercula liquorem fundebant ex foraminulis satis conspicuis, dictam tunicam nerveam, cui arctè cohærebant, perforantibus, seri instar fluidam. Removi involucrum nerveum, & facta incisione substantiam glandulosam, intus faciem pedum anserinorum, quales in pelvi renum conspiciuntur, æmulantem deprehendi; intra quam lumbrici vivi variæ magnitudinis ita impacti conservabantur, ut vix integri, & non nisi summa cum circumspectioue extrahi possent. Quantitas tamen glandularum major, & moles earum magis aucta notabatur in senioris *lupi* ventriculo, quàm juniorum subjectorum, [tria enim cultro subjeci] utpote cùm posteriorum domi enutritorum glandulæ vix cerasum coctum magnitudine, numerumque senarium excederent; in seniori verò animali dicta corpora fabæ magnitudinem æquantia, ad viginti & amplius numero se extenderint. Idem ferè observatum esse in aliis animalibus, vulpe potissimum, à Celeberrimo Magni Ducis

cis Etruriæ Medico D. *Francisco Redi* postea „
animadverti. Ille in tractatu, cui titulus. (d) „
Osservacioni intorno Agli animali viventi, che si „
trovano negli animali viventi, postquam scili- „
cet in œsophagis *luporum*, hystricum, leonum „
& canum involucra glandulosa, lumbrico- „
rum diversæ magnitudinis plena se invenisse „
communicaverat, hoc addit vernaculo idi- „
omate: *ma non meno, che negli esophagi, sud-* „
detti, sotto la prima esterna tunica degli stoma- „
chi delle volpi ho veduto soventemente grenedi e „
folti mucchi di grosse glandule abitate amor' esse „
da quei medesimi lumbrichi. Excell. tamen „
Wepferus in responsoriis ad me datis nun- „
quam animalcula talia in glandulis ventriculi „
luporum se reperisse testatur. Neque mihi „
postea inquirendi ulterior data fuit occasio. „
Nata conjectura ex hisce observatis, si plura „
& similia phænomena in pluribus subjectis „
hanc αὐτοψίαν firmaverint, voracitatem ani- „
malis deducendi. Quippe cùm evacuato, „
post absolutam chylasin, ventriculo, humor „
hujus fermentalis, maximam partem ex saliva „
sensim deglutita, & lympha à glandulis tuni- „
cæ ventriculi nerveæ cohærentibus, eamque „
ductibus excretoriis perforantibus, in cavi- „
tatem dicti visceris effusus componatur, illum „
ibidem partim motu fermentativo, partim „
quantitate undulationem quandam causare, „
hinc spiritibus animalibus in nervis ventriculi „
C 5 con- „

(d) edit. Florent. in IVto anno 1684. p. 136. seq.

„ contentis motum imprimi retrogradum, ipſi-
que ſtomacho quandam induci molliciem, in
„ cerebro verò excitari appetitum, quem *fa-*
„ *mem* dicimus, ex phyſiologicis ſuppono. Ex
„ quantitate igitur humoris ventriculi fermen-
talis, potiſſimum acrioris, majori augeri ap-
„ petitum, ex dictis manifeſtum ſit. Lumbri-
„ cos verò in glandulis memoratis contentos,
& motu ſuo, & vellicatione atque irritatione
„ ſucceſſiva ad frequentem incitare glandulas
„ contractionem, ut copioſiorem illæ expri-
mant liquorem lymphaticum, hincque quan-
„ titatem fluidi fermentalis undulationemque
„ excitari faciliorem, promoverique appetitum,
„ veriſimile ſit ex aſſertis. Quæ tamen omnia,
non niſi quatenus ſunt probabilia, propono,
„ cenſuræ Eruditorum noſtræ Artis meas ſubji-
„ ciens conjecturas, usque dum experientia ul-
terior talo incedere firmiori conceſſerit. Sic
„ *Heyſéus* noſter, Amicus optatiſſimus, quem
„ Deus ſervet!

inteſti-na §. 7. *Inteſtina* ſpiris minùs involuta ſunt, unde cibi promtiùs elabuntur. Loco inteſtini *cæci* duos membraneos utres, ſeu ſacculos rotundos habet ex aſſertione Helmontiana. (e) *Hepar* equinæ ungulæ ſimile eſt. *Lienem* corruptum nuper notavit venator. Simile exemplum de equo attulit D. *Clauder*. (f) *Renes* ut in aliis animalibus ſunt, & quandoque lapi-

hepar lien renes

(e) in ſextupl. digeſt. aliment. human. th. 8r. (f) Dec. II. Eph. curioſ. ann. VIII. obſ. 121.

lapides, vermes ac serpentulos producunt, (g) quod se primò vidisse asserit *Johannes Cleomargus*. (h) Accepi à venatore in Comitatu Waldeccensi, in evisceratione *lupi*, ob rabiem enecti, in dextro rene planè exeso vermem rubicundum, sed albis maculis eleganter distinctum, palmam infantis longum, caudâ bifurcatâ & acuto rostello armatum inventum fuisse, idque alius D. *Fabro*, Medico Heylbrunnensi, (i) confirmavit fusiùs. Quæ meæ sint de rabie conjecturæ, dixi, (k) easque historia canina illustravi. (l) Citat D. *Kellner*, Pract. Northusanus, exemplum de cane ex *lupi* morsu verminoso, quem opilio solo eupatorio, de collo suspenso perfectè curavit. (m) Vidi cum Celeberrimo *Stenonio*, Amico olim dilectissimo, in junioris *lupi* sinistro rene integrum nidulum *vermium eruciformium*, crebrioris ululatus causam. Tam altè defixerant rostella in renem valde consumtum, ut non nisi vi aliqua evelli potuerint. Quale exemplum in cane etiam notavit *Drelincurtius*. (n) vermes in iis

§. 8. In *vesica* lapillus reperitur, quem *Syritem* vocant. (o) Mulierem verò, seu alia anima- vesica

(g) vid. Joh. Bauhini libell. von rasenden Wölffen p. 77. Conf. D. Reisel. Dec. I. Eph. ann. III. obs. 193. (h) von der Wolff-Jagt. (i) in addend. ad Dec. II. eph. ann. VIII. obs. 1. (k) Cynograph. curios. Sect. IV. c. XI. (l) C. II. obs. m. 90. (m) vid. tract. ejus von geschwürigen offnen Schencklen und alten Beinschaden cap. 13. p. 108. (n) in experiment. anatomicis p. 15. (o) Schott. Phys. curios. L. VIII. c. 48. p. 902.

animalia, si super calidam *lupi* urinam minxerint, sterilescere, anile figmentum est. In *lupa* testiculi plurima in se continebant ova, suis singula membranis & vasis sanguineis conspicua, prout in avium avariis moris est, omnia sibi mutuo vicina erant, & cingebantur substantia quadam non in totum membranosa, sed ad glandularum naturam accedente, illius basis instar, unde ova in avium avario dependent: insignis illa cavitas erat, qua testiculi includebantur, nec nisi exigua apertura in abdomen patebat; suprà testiculum extendebatur orificium tubæ, per quod albescens humor non modo per totam tubæ longitudinem, sed etiam in cornu uteri circa interius orificium reperiebatur, reliqua uteri parte vacua existente, tubæ ostium utero obversum mediæ papillæ insculptum erat, certo argumento ex utero in tubam difficulter, è tuba verò in uterum facilè transire humores, in vagina uteri ingens tuberculum extabat, in quo radij pentogonia figura conspiciebantur. In concursu radiorum uteri ostium reperiebatur. (p)

testes obs anatom.

penis

§. 9. *Penis* osseus est. Coitus averso modo uti caninus. Parens meus in bubulco Hasso *penem* ferè *osseum*, ideoque semper rigidum notavit, à quo uxori in copula maritali acerrimi suborti dolores, quod ultrà fassa est, De *clitoride*

(p) D. Steno in Actis Med. Hafniensib. Voll. II. obs. 89. pag. 226.

clitoride ossea satis prolixa vide D. *Th. Bartholin.* (q) De Amynta Coo Poëta sic; (r)

cujus in indomito constantior ingvine nervus
quàm nova collibus arbor inhæret.

nervus i. e. penis, Coit totô annô non nisi duodecim diebus, (s) aliquando etiam cum canibus feris & domesticis. (t) De *lupa* canem pariente videatur *Schenckius.* (u) Nugæ autem, quas Africani venditant: ex aquila scilicet concipere *lupam*, neque parere, sed rumpi: exire tandem draconem rostro & alis patri similem: pedibus & caudâ matri: corio serpentis, maculis versicolore; oculorum genas attollere nunquam, in speclubus habitare. (w) Scribit *Johannes Pierius*, (x) *lupas* certâ anni dimensione omnes intra spatium duodecim dierum parere; fortè ut tot pariundi, quot coëundi dies iis constitutos intelligas. Parturiunt continuis diebus & noctibus duodenis, donec solvantur partu. Tanto autem tempore Laconam ex hyperboreis in Delum pervenisse falsum est. Nec cæcos pariunt catulos, quos tamen valde amant, unoque partû sex vel octo, imò plures excludunt. Quædam domestica *lupa* anno 1276. duos ruffos, duos albos, & tres diversi coloris catulos peperit, referente *Wolfio* (y) Gebhardi I. Comitis, seu Dy-

coitus

partus

(q) C. III. epist. 94. p. 407. (r) Horat. epod. 12. (s) Isidor. L. XII. c. 2. (t) Arist. L. VIII. H. A. cap. 5. (u) in hist. monstror. p. 112. (w) Vid. Scaliger. exercit. 182 Sect. XI. (x) L. XI. hieroglyph. (y) ex annalib. Collmariensibus Cent. XIII. fol. 551.

Dynastæ Querfurtensis conjux simul novem peperat filios, quorum octo, ne sinisteriùs quid de eo suspicaretur maritus, in aquam conjici jussit, sub prætextu, esse catulos *luporum*. Bruno autem, frater Gebhardi, omnes & singulos, dolô apertô, educari curavit, & adultiores cum narratione rei gestæ parentibus reddidit. (z) Similem historiam recitat *Zeilerus* (a) de Comitis Altorfini in Svevia conjuge, & de Haraldo ac Haldano, Regis Daniæ filiis, magicâ tamen arte servatis; *Autor memorabilium historic.* (b) Sed à rei militaris auspicio bonoque belli omine Welfi Altorfini fortè agnomen suum tulêre. Expendas enim velim, quæ *Aventinus* habet. (c) Lapsus memoriæ est Rebhanianæ, dum scribit: (d) Matrem Dominici Calarogæ in Hispania, ex nobili Gusmanorum gente nati, gravidam visam sibi esse portare in utero catulum *lupi*, citans Wolfium; (e) & tamen alibi (f) citatum jam locum denuò allegans asserit, fuisse canem in utero latrantem, seu ore præferentem facem, ut Breviarium Romanum vult. (g)

cauda §. 10. *Cauda* villosa est, & propè corporis longi-

(z) Spangenberg. L. II. chron. Querfurt. c. XI. p. 134. seqq. (a) theat. tragic. hist. 24. p. 989. (b) edit. Francof. in fol. 1624. c. 38. (c) L. VI. annal. Bojor. p. m. 372. (d) concion. venator. 13. pag. 260. (e) lect. memorab. Tom. I. p. 509. (f) concione XVI. (g) edit. Moguntin.

longitudini æqualis. Timentes eam reflectunt & sub verenda reducunt,

- - - caudamque *remulcens*
Subjecit pavitantem utero sylvasq; petivit. (h)

Israel Schmiedt, elegans Medicus, (i) meminit parochi, dolorem hæmorrhoidum *caudâ lupinâ* bellè demulcentis. At inter verbasci nomenclaturas ista *lupina cauda* est, à pilorum molli lanugine sic dicta, cujus decoctum etiam commendat *Petræus.* (k) De puero caudâ *lupinâ* nato vide *Bartholinum* (l)

§. 11. *Pedes* priores quinis digitis, posteriores quatuor distincti sunt. *Crura* longa: equa, quæ *lupum* calcavit, abortire dicitur. (m) Fertur tantâ pernicitate pedum instructus, ut *Scaliger* (n) pro certo scire velit, *lupum* & consequi leporem & vorare. Credat, qui velit. Quasi *lupus* ab armis valeo: clunes infractos gero. Alii legunt desertos. (o) *Temperies* ejus summè calida. *Cibi* sunt ossa, caro, cadavera, mures, talpæ etiam, teste *Olao M.* (p) Num quoque terra? rentur *Scaliger* & *Albertus* ex rusticorum assertione, famelicum quidem ingerere eam, ut equum, aliamve bestiam adoriens pondere suo aggravet, citiusque prosternat, rejecta postea terra, præda expleri

pedes

cibus

(h) Virg. L. XI. Æneid. v. 812. (i) in obs. MStis. (k) dissert. harmonic. XXXII. p. 159. (l) C. III. epist. 67. p. 276. & seq. p. 281. (m) Vide Causini Sapient. Ægypt. in hieroglyph. Hori pag. 42. (n) exercit. 189. Sect. 5. (o) Vid. Torrentin. ad Horat. L. I. od. 17. v. 9. (p) Lib. XVIII. hist. sept. c. 35.

expleri sua. *Aristoteles* (q) causam instinctui naturali ad τίνα γῆν, peculiarem quasi terræ quandam speciem prono imputat, cujus copia non ubique locorum *lupo* erit præstò. Non omnia promiscue vorat cadavera. Sic enim Ovidius: (r)

- - Sylvusq; agrisq; viisq;
corpora fœda jacent: vitiantur odoribus aura;
mira loquor, non illa canes, avidæq; volucres,
non cani tetigêre lupi - - - -

patria §. 12. Reperiuntur in *Scotia, Hybernia, Ægypto, Africa, Germania,* cumprimis *Borea,* ubi gregatim vagantur. Magna eorum copia in *Lapponia,* qui plurimùm infestant rangiferos, si liberi fuerint, nec alligati ad stipitem. Caussam hujus rei dedit Cl. *Schefferus,* (s) quòd *lupus* insidias metuat conspecto fune, quô rangifer ligatus est. Animal quippe suspicacissimum quamlibet rem accipit, pro laqueo, seu alio dolo, quô possit circumveniri. Adde, quòd vicinos credat homines, à quibus necetur. Verùm in Sardinia, si *Pausaniæ* credis, monte Macedoniæ Olympo, si *Plinio* & *Solino,* Insula Creta, si *Aristoteli,* nulli esse dicuntur. (t) *Ortelius* felicem prædicat Angliam, quòd in ea regione, quæ *Cambria* dicitur, nullus omninò reperiatur; contrarium tamen

proba-

(q) L. VIII. H. A. cap. 5. (r) L. VII. Metamorph. (s) de Lapponia cap. 29. p. 338. (t) Conf. Ælian. L. III. V. H. c. 31. Mich. Heberer/Egyptische Dienstbarkeit/ L. III. c. 13. f. 416. Hieron. Welsch Reises beschreibung/ c. 35. p. 202.

probavit *Camerarius.* (u) Certè caret Anglia *lupis* non aliquo naturæ dono, [ut ratus erat *Scaliger*, (w)] sed quia olim tributi loco ab inferioribus pendendi erant, quod de Edgaro West Saxonum Rege *Cambdenus* refert, illum *LudWillo*, Walliæ Principi, triginta *lupos* in singulos annos vestigalis loco imperasse, eoque *lupos* per universam Angliam deletos esse. Adde quòd pleræque Angliæ partes passim habitentur, sylvæque adeo magnæ non sint, ut ideo *lupi* loca non reperiant commoda, in quibus tutò vagari, seu latitare queant. (x) Si maturiùs ex frigidioribus locis in calidiora secesserint, tempestatis acerbitatem præsentiunt. Et si ex solitudine sua ad loca habitata confugerint, hyemis asperitatem se horrere ostendunt. (y)

cur in Anglia nulli?

§. 13. Utut vero crudele animal sit, cicuratur tamen, & mente mutata consortio humano mansvescit, non obstante, quod *Olaus Magnus* citavit, exemplo. (z) Certè in Hellesponto passim familiares sunt hominibus, si credis M. *Aurel.* Imperatori in epistola ad *Lambertum*, Hellesponti præfectum. (a) Apud Mæotidem paludem cum piscatoribus conversantur, ut, nisi partem suam ab iis accepe-

cicuratur

 rint,

(u) C. I. horar. subcis. cap. 28. p. 122. seq. Adde Jonston. L. III. Hist. nat. c 6. p. 129 (W) exercit. 200. (x) D. Müller disp. de persecutione luporum in coroll. conf. §. 32. (y) Ælian. L. VII. cap. 8. I I n. L. VIII. cap. 22. (z) in hist. septent. L. XVIII. (a) L. III. c. 48.

rint, retia, in terra expanſa ſi reſiccentur, lacerent. (b) Habuimus aliquando [ſunt verba *Caſp. Schotti* (c)] unum, qui non minus catello quovis familiariter cum Patribus noſtris verſabatur. De alio *Wilhelmum* I., Ducem Saxoniæ & Landgravium Thuringiæ, fidiſſimi canis inſtar perpetuò comitante vide M. *Pfefferkorn.* (d) S. Franciſcus Aſſinenſis *lupum* agni inſtar manſvetum feciſſe dicitur, ſemperque habuiſſe ſecum. Puer triennis à *lupo* in antrum ſuum tractus non modò illæſus manſit, ſed etiam ab illo præda nutritus eſt, quadrupes & ipſe incedens, inventus tandem magno labore rectè incedere valuit. (e) Simile exemplum recitat *Dilichius*, (f) & Autor der Schatzkammer übernatürlicher Geſchichte. (g) De *lupo* obvios quosque oſculante, [inprimis femellas] nemine læſo. (h) Pluſcula hujus rei exempla dabit Excell. *Thomaſius.* (i) Adde, ſi placet, *Cynograph. noſtr. curioſ.* (k) & *tract. de candore.* (l) Horatius (m) vitæ integritatem, quæ ubique tuta eſt, ſuo exemplo probans ait: *namque me ſylva lupus in Sabina, dum meam canto Lalagen & ultra terminum curis vagor expeditus fugit inermem.*

§. 14.

(b) Ariſt. L. IX. H. N. c. 36. (c) in Phyſica curioſ. L. VIII. cap. 48. p. 904. (d) in Thuring. cap. 15. p. 160. (e) Kornmann. de miracul. vivor. p. 53. ſeqq. (f) Part. II. chron. Haſſiac. p. m. 173. (g) p. m. 613. (h) Vid. Binhard. L. III. chron. Thuring. p. 145. (i) in diſp. priori de transformatione hominum in bruta §. 6. (k) S. I. cap. 3. §. 9. (l) Sect. IV. c. 3. (m) L. I. carm. 22.

§. 14. *Psittacos* & *musicam* amare dicitur *lupus*. Ovidius de svavitate cantus Arionii; (n) sympathia

Quod mare non novit, quæ nescit Ariona *tellus?*
carmine currentes ille tenebat aquas.
Sæpe sequens agnam lupus *est à voce retentus,*
sæpe avidum fugiens restitit agna lupum.

Antipathia ejus varia, scilicet cum *equo*. *Lupi* vestigia calcata equis non tantùm torporem, sed quoque rupturam afferre creduntur. (o) In hieroglyphicis equa, quæ *lupum* conculcet, depicta abortientem mulierem denotat; rentur enim, hoc vitium equæ à vestigiis imprimi, simulque generositatem suam amittere, si vel mortui caballi intestina sepulta sentiat. (p) Porrò cum *ove*, [cujus rei varias Variorum causas adducit M. *Christianus Wolf*, (q)] quà de etiam *Homerus*. (r) Ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος πόλεμος ὡς λύκος πρὸς ἄρνας, ait Philo. (s) Inde Terentianum istud: (t) *ovem* lupo *commisisti*, Du hast den Bock zum Gärtner gemacht. Ut *mavelis* lupos *apud oves linquere, quàm hos domi custodes*. (u) antipathia

D 2 *Acci-*

(n) L. II. Fastor. (o) Plin. L. XXVIII. cap. 10. (p) Camerar. L. I. hor. subcis. c. 23. (q) de lupo Sect. I. §. 12. (r) Iliad. X. (s) vid. not. Rittershus. ad L. III. Cyneget. Oppian. v. 282. (t) Eunuch. act. V. sc. 1. (u) Plaut. Pseudol. a. I. sc. 2. vers. 8.

Accipitri timidas credis, furiose, columbas,
plenum montano credis ovile lupo. (w)
Et: - - - *rapidæ credis ovile* lupæ. (x)
Illa tremit velut agna pavens, quæ saucia cani ore excussa lupi *nondum sibi tuta videtur.* (y)
Sæpe canem visum longe fugit agna lupumque. (z)

Quem tu cervus uti vallis in altera visum parte lupum *graminis immemor sublimi fugies mollis anhelitu.* (a) Inde cervi *luporum prædæ rapacium*; (b) & adagium: prius *lupus* ovem ducat uxorem; *lupis* & agnis quanta sortito obtigit, tecum mihi discordia est. (c) Es ist eben als wenn sich der Wolff zum Schaaf gesellet/ wenn ein gottloser sich zu Fronnnen gesellet. (d) Quod odium nunquam reconciliandum ex diversitate utriusque bestiæ lucis naturæ deducit Cl. *Bartholinus*. (e) *Sed prius Appulis jungentur capreæ* lupis. (f) *Lupo* agnum eripere, (g) i. e. esurienti leoni ex ore exsculpere prædam, (h) seu, de prædonibus prædam capere (i) einem Riesen den Raub nehmen. (k) Mitto vos ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων Matth. X. 16. Luc. X. 3. *ovium mansvetudo*

(w) Ovid. L. II. de art. v. 363. (x) L. III. v. 7. (y) Ovid. L. VI. Metam. fab. 7. (z) id. II. Pont. 7. (a) Horat. L. I. carm. 15. (b) idem L. IV. od. 4. (c) idem epod. 4. (d) Syr. XIII. 21. (e) L. II. de luce animal. cap. 6. p. 179. (f) Hor. I. Carm. 33. (g) Plaut. Pœnul. act. III. sc. 5. v. 31. (h) Lucillius. (i) Trucul. act. I. sc. 2. v. 14. (k) Esa. XLIX. vers. 24.

tudo non potest resistere luporum *crudelitati*: luporum *crudelitas mitescere nescit*, *nisi gratia Christi faceret, quod ipsa natura fieri negat*, ait S. Chrysostomus. (l) Et alibi: (m) *erubescant, qui quasi* lupi *adversarios suos persequuntur, cum videant innumeros* lupos *ab ovibus vinci paucissimis*: [duodecim putâ Apostolis] *& certè quousque sumus oves, facilè hostes vincimus: cum verò in naturam* luporum *transimus*, *tunc superamur. Tunc enim nullum nobis à pastore patrocinium adest*, *qui non* lupos, *sed oves pascit.* De hac antipathia *lupi* adversus equas ovesque (n) vide *J. Val. Merbiz.* Singularis & stupenda prorsus historia, quam *Antonius Baucius* (o) habet: *Reducebat*, inquiens, *oves pastas in caulam opilio. Et fortè accidit, ut pecus quædam macilentissima, ac penè scabie confecta longo intervallo reliquas sequeretur.* Eam lupus *prægrandis, & cui cilia jam canescebant, conspicatus, velocissimè insequi cœpit. Ego illam transiens, oviculam miseratus, quàm maximè poteram. clamore & cursu* lupi *vim ab innoxia arcere conabar. Sed antequam appropinquarem pecudi, ovis macie ipsâ macilentior hostili & rabido animo* lupum *aggressa strangulavit. Pecus in forum abducta* & lupus *interemtus delectabile spectaculum prætereuntibus dedêre.* Ita M. Antonius, nisi ejusdem furfuris fabella sit, qualem ex

historia singularis.

(l) exposit. in Matth. homil. 24. (m) homil. 34. in Matth. (n) differt. de dissidio animalium §. 17. 19. 34. 46. (o) in epist ad P. Toletum scripta anno 1537.

eo dedimus alibi. (p) Huc quadrat iſtud: λύκ⊙ μάτην χανών, ſi quis irritus abit voti ſui, ſeu quaſi cœca beſtia incaſſum hiavit, phraſi *Apuleji*. Et: *inter audaces lupus erat agnos*. (q) Menalcas Maronianus inter alia: (r)

Nec lupus *inſidias pecori, nec retia cervis ulla dolum meditantur.* - - - -

fabula *Lupi* aliquando victoria deſperata ad oves legatos mittunt, qui pacem petant. Conditiones ferebant, canes *lupis* ut obſides darentur ab ovibus, ipſæ catulos *luporum* acciperent. Paulò poſt ſecuris ovibus cum fortè ulularent catuli *luporum*, illi in miſeras & omni ope nunc deſtitutas quaſi violatrices pacis, qui injuria obſides acceptos affeciſſent, irruunt, & ita impune eas rapiunt atque vorant.

Parcite oves nimium procedere, non bene ripæ creditur: ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat. (s)

Oves à *lupo* morſæ ſvaviorem habere carnem dicuntur, lanam verò earum pruritum & pediculos creare, & ſi quæ ſunt alia hujus commatis, à *Schotto* (t) & *Voigtio* (u) repetita, cachinum movent curioſis. Nonne etiam concepta *lupi* cum ovibus inimicitia in eorum pellibus remanet? quocirca nedum phantaſia ani-

(p) Lagograph. curioſ. Sect. II. c. 1. §. 2. p. 232. (q) Horat. L. III. carm. 18. (r) Ecl. V. verſ. 60. (s) eclog. III. verſ. 94. ſeq. (t) Phyſ. curioſ. L. VIII. c. 48. p. 903. (u) in deliciis phyſicis cap. 4. p. 167. ſeqq.

animalis in cruorem post obitum pervicax: verùm etiam quicunque stragulis è pelle *gulonis* [animal est in Svecia frequens & voracissimum,] contegitur, somniare cogitur continuò de *epulis, voracitate & insidiosa animalium venatione*: pro indole scilicet viventis illius animalis; adeoque solo *tegmine externo traducitur phantasia animantis quondam vivi pellibus hospitata in hominem subter dormientem*, ait Helmontius. (w)

§. 15. Paucos ante annos non procul Herbipoli rusticus opulentus *lupum* habebat, qui cum canibus caulas defendebat, & *lupos* invasores strenuè arcebat. Abiit die quodam rusticus cum reliquis canibus rus, relictô solo *lupo*, ad custodiam ovilis. Irruit interim alius *lupus*, & repente quatuor aut quinque strangulavit primo impetu oves, antequam à *lupo* domestico compesceretur. Victus tandem ab hoc fuit atque occisus, & ovium cadaveribus tectus. Rusticus ut domum reversus videt oves occisas in cumulum conjectas, & propè cubantem *lupum*, ratus, ab ipso necatas exonerato sclopeto glande plumbea eum trajecit. Deprênso autem errore adeò doluit, ut diceret: *se maluisse dimidium gregem perdere, quàm fidissimum* lupum. (x) Das muß ein harter Winter seyn/wenn ein Wolff den andern beist. Ita mus venabatur mures. (y) Lupus ovium custos.

 Vidit

(w) de magnet. vulner. curat. num. 165. (x) idem Schott. l. c. p. 904. (y) Breviar. rer. memorabil. Isibordi Amelunxii n. 54.

Vidit D. *Hieronymus* Weißbrot / Livonus, meus quondam in Belgio unito commilito, in patria sua *lupum*, abs opilione statim à nativitate captum, & lacte ovino nutritum adeò cicurem, ut jam adultior non solùm fidelis custos gregis foret, sed etiam singulis ferè septimanis jentaculum, lardum puta, caseum, panem, cum jusculo, fictili incluso, è villa in campum Domino efferret, infantes in cunis adhuc vagientes, & integram domum aliquando cum omni pecore fideliter custodiret. Hyeme cauponam publicam, canis instar, intrabat, nulli molestus, omnibus carus, ut non pœnituerit colonum, *luporum* catulos aluisse. (z) Si verò canes fungantur officiis *luporum*, cuinam præsidio pecuaria credemus? (a) Adde, quod de urso *Svidrigelli*, Lithuaniæ Principis, narrat Cl. *Jonston*. (b)

pueri à lupis nutriti §. 16. Capta olim *lupa*, una cum puello septem fortè annorum, venatores invadente, quem diu nutrierat bestia. (c) Num alia, vel eadem historia, quam *Autor addition. ad Lambert. Schafnaburg.* (d) recitat. *Quidam puer in partibus Hassiæ, cum trium esset annorum, à* lupis *captus & mirabiliter educatus est. Nam quamcunque prædam* lupi *pro cibo rapuerant, semper meliorem partem sumentes & arbori circumjacientes, ipsi ad vorandum tribuebant, tempore*

(z) Cent. III. obs. in. Medico-Phys. 9. (a) Cicero Rhet. ad Herenn. L. 4. (b) L. III. de quadruped. c. 5. p. 128. b. (c) Ludov. Gryon Du. de Nauche L. II. divers. lect. c. 34. (d) ad ann. 1344.

pore verò hyemis & frigoris foveam facientes, folia arborum & alias herbas imponentes puerum superponebant, & se circumponentes sic eum à frigore defendebant, ipsum etiam manibus & pedibus repere cogebant, & secum currere tamdiu, donec ex usu eorum velocitatem imitabatur, & saltus maximos faciebat. Hic deprênsus lignis circumligatus erectus ire ad humanam similitudinem cogebatur. Idem verò puer sæpius dicebat: se multò carius cum lupis, *si in se esset, quàm cum hominibus diligere conversari. Hic puer in curiam Henrici Principis Hassiæ pro spectaculo est allatus. Hoc etiam contigit in Wetteravia in una villa, quæ dicitur* Echzel, *quòd puer duodecim annos cum lupis erat, in magna sylva, quæ dicitur vulgariter* die Hart/ *qui postea in venatione captus, & vixit fortè ad octoginta annos. Contigit anno* 1344. Sic ille.

§. 17. Verùm *Arnoldus SengWerdius*, Philosophus Amstelodamensis, (e) ingenium ostentaturus, sympathiam ovis *lupiq;* speciosis argumentis probare nititur, quem *Godofredus Vogtius* (f) eruditè ac solidè refutat. De cane, Nidrosiensium Rectore, à *lupis* discerpto videatur Celeberrimus *Bartholinus*. (g) *Lupus* cum agnis habitabit, Wölffe werden bey den Lämmern wohnen/ (h) i. e. unà pascentur, quod colliges ex alio capite. (i) Est svavissimum vaticinium in novo fœdere Sympathia lupi cum ove

D 5 com-

(e) exercit. Phys. XXXIII. p. 146. (f) in deliciis phys. cap. 4. (g) Vol. III. Act. Med. & Phil. Hafniens. obs. 86. p. 161. (h) Esa. XI. 6. (i) LXV. 25.

completum, ubi tranquilla securitas & pax, sævissimique homines & efferis moribus conversi sunt ad fidem, sævitiaque exuta pacificè vivunt in medio Ecclesiæ.

Jungentur jam gryphes equis, ævoque sequenti
cum canibus timidi venient ad pocula damæ. (k)

Et: (l)

Nunc & oves ultrò fugiat lupus: *aurea duræ*
mala ferant quercus: narcisso floreat alnus,
pinguia corticibus sudent electra myricæ.

Cùm Luterus aliquando pernoctaretur in monasterio Walkenridensi, dixisse fertur: *fore, ut in templo catulos suos ponerent* lupi, quod ex Eekstormio (m) refert M. Pfefferkorn. (n)

§. 18. *Lapidum collisiones & fomitem fumantem* magis perhorrescit bestia hæc, quàm fustes seu ferrum: etiam *tympana*, cujus rei lepidam historiolam mihi narravit Dn. *Lic.*
historia *Schrönius*, Civis & Amicus meus. Iter fecerant nonnulli Franci cum tympanista per silvam. Occurrunt *lupi* euntibus. Objiciunt hi, quem secum portarant, panem & alia, sed haud satiati certò homines invasissent, nisi, tympanista casu quodam interram labente, *tympanum*, quod dorso gestabat, sonum edidisset. Quô audito diffugêre omnes, etiam ante clamorem. Hoc stratagemate securè ambu-

(k) Virg. eclog. VIII. v. 27. seq. (l) v. 52. seqq. (m) chron. Walkenridens, p. 219. (n) Thuring. c. 27. p. 365.

ambularunt isti. Turtur nido contra incursum *lupi* folia *squillæ*, quæ ille fugit, imponit. (o)

§. 19. *Joachimus Camerarius* (p) indagans causam, cur in itineribus *lupi* transitum pro fausto omine; leporis verò pro sinistro habeamus, respondet: *an hoc est de joco natum? nam majores nostri, ut Viri fortes, sic faceti quoque fuere. Quis verò non mallet* lupum *transcurrere, quàm adoriri se*, leporem *autem consistere & capi melius esset, ut opsonium suppeteret.* Johannes, Atragoniæ Rex, dum venationibus daret operam, portentosæ magnitudinis *lupo*, seu spectro potius, territus moriebatur. (q) cur lupi occursus faustus? & infaustus,

§. 20. *Morbi* ejus potissimum sunt *podagra, angina, rabies*, quæ major quàm canina est. (r) morbi

- - - *loca proxima terret*
bellua vasta lupus, *silvisq; palustribus exit,*
oblitus & spumis, & crasso sanguine rictus
flumineus, rubra suffusus lumina flamma. (s)

Causam rabiei diximus *vermes*. In *lupæ* sinistri renis planè consumti superstite membrana unus viginti & unam unciam, seu pollicem longus, *serpentis* formâ enectus, sub tenera cute quasi sanguine suffusus alter apparuit: alter pedem longus multò gracilior, ore patulo, rabies à vermibus

(o) Fromman. de fascinatione L. I. Part. II. Sect. I. cap. 2. §. 3. p. 85. (p) Dec. VII. probl. 9. (q) Calvis. chronolog. p. m. 864. (r) Zach. quæst. medico-legal. L. II. tit. 1. qu. 17. p. 190. (s) Ovid. L. XI. Metam. f. 9.

tulo, quale *mordilapides* habent, cruentum caput erexit, plures insuper *albi longè minores* inventi. In narium dein spongioso osse duo visebantur vermes latiusculi, veluti qui in ovium hepate sunt, sed hi rotundo capite, caudaque magis magisque gracilescente, sub quorum ventre tenuia quædam quasi fila, seu intestinula [an fœtus immaturi?] hærebant, qui sine læsione quidem à cauda extrema removebantur, cum ore verò continui mihi videbantur. Quos *vermes* potius *rabiei* causam dixerim, ubi incrementa proles sumserit, infit Exc. *Amphion* noster D. *Reiselius*, Fautor & Collega pl. colendus. (t) Autor chronici magni Belgici ita: (u) lupus *venatus & insanus, qui inter corpus suum tres colubros vivos habebat, consvetas latebras linquens, rura petiit, & innumeram multitudinem porcorum, ovium, canum & armentorũ morsu venenato extinxit, postea vasto impetu homines invadens, plus quàm duodecim morsu suô infecit, quorum quatuor miserâ morte defuncti sunt.* Tandem à quatuor fortissimis Viris comprensus *lupus* & eviſceratus fidem malitiæ suæ de *colubris* patefecit. Recens rabiei exemplum à rabida *lupa* inflictæ habet D. D. *Muralto*, Physicus Tigurinus, Curiosorum Aretæus, Amicus honoratissimus (w) & D. *LebenWald* (x) cum *Petro Borello*.

(t) Dec. I. Eph. Curios. ann. III. obs. 193. (u) ad ann. 1135. (w) Dec. II. Ephem. ann. VII. obs. 98. (x) Dec. II. ann. IV. obs. 79.

rello. (y) Credidit *Galenus*, (z) solos canes rabie corripi, quod verò *Amatus Lusitanus* (a) *Johannes Brodaus* (b) *Cornelius Stalpart van der VViel*, (c) Medicus Hagiensis, Fautor meus, mecum (d) exploserunt. Spopondit nuper Exc. D. D. *Jacob VVepferus*, Curiosorum *Machaon*, (e) tractatum de *rabie lupina*, qui ut brevî lucem videat rogo optoque. *Lupum* quotannis rabidum incredibili jejunio restitui, scribit *Helmont.* (f) Domesticus *lupus* (notante *Pfahlio* meo) ociùs languere cœperat, omnem cibum pertinaciter aversans. Datur ei *theriaca* in aqua (cujus subinde cupidus erat) dissoluta. Qua sumta, grandem evomuit *araneum* perfectè curatus, non secus ac ille Procurator castrensis, qui dum in horto cum amicis sederet, & fortè *aranea* in vitrum ejus vini plenum cecidisset, nil *refert*, ait, *deglutieris*. Duobus abhinc mensibus ægrotare cœpit, causa morbi cunctis ignoratâ. Tandem naturæ conatû cum tussi *araneam* ejecit tantam, ut vel corpore seu pedibus *patinam mediocrem* tegeret. (g) Monstrosior historia, quam Holbecæ mulier Cl. *Thomæ Bartholino* Seniori retulit, (h) (licet ille fidem suam

lupus evomit araneū

(y) C. I. obs. 75. (z) L. VI. de locis affect. cap. 5. (a) C. VII. curat. 65. (b) L. III. miscell. med. cap. 19. (c) C. I. obs. rarior. num. 100. cum schol. (d) Sect. IV. cynograph. c. 1. (e) Dec. II. Ephem. curios. ann. VIII. obs. 1. (f) in tr. de conceptis thes. 21. (g) Borell. C. III. obs. 19. (h) Vol. I. Act. Med. & Philos. Hafn. obs. 3.

vermiculus ad mirand9 ſuam haud interponat,) Patrem ſcilicet ejus aliquando devorato vermiculo nucis avellanæ, intumuiſſe quaſi prægnantem, magnisq; ſenſim obortis doloribus, præſertim poſt eſum dulcium, tandem impatientia dolorum, & quia diutius tumidum ventrem geſtare non poterat, vermem illum grandem *porcelli* magnitudine, jubis ornatum, prodiiſſe, & poſt deinde ſupervixiſſe octo dies. Credat, qui volet. Ejusdem furfuris, quam de *verme corylino* lacte nutrito, inque *anguem* mutato ex aliis citat Curioſiſſimus & Candidiſſimus noſter *Garmannus* in aureola ſua *Oologia curioſa.* (i) Sed pro fabula reperit. (k) Parem fidem merebitur (hac equidem in re) inſignis *Bochartus* (l) narrans; culicem Titi per nares usque ad cerebrum repſiſſe, & ad magnitudinem *pulli columbini* duarum librarum creviſſe.

vita §. 21. *Vita* lupi variat. In ſenio fit ravus. Hinc Horatius *ravam lupam* pro cana dixit. (m) In Gallia pro ſingulis captis *lupis* ex publico ſolvuntur ſolidi viginti præter publicam erogationem, quam plebs ſua ſponte venatoribus impendit. (n) Hinc regia illa ſcripta emanaſſe putat *Claud. Mallivillaus* in ſuis *regii*

præmia lupicidarum

aqua

(i) diſſ. 2. §. 153. pag. 158. & 175. (k) Dec. II. Eph. curioſ. ann. VIII. obſ. 157. p. 345. (l) T. II. Hieroz. cap 17. col. 568. (m) Vid. not. Taubmann. in Plaut. Epidic. a. V. ſc. I. v. 14. (n) Th. V. H. Beyerling. T. IV. p. 1084.

aquarum & silvarum constitutionibus. (o) Etiam Belgæ *lupicidis* præmia dant, & lex Attica occisores harum bestiarum præmio invitabat. Hinc adagium: *non magis parcemus quàm lupis*; Et: *cadendo* lupo *non violatur bannum ferinum*, an einem Wolff bricht man keine Wildbahn. Si quis in Marchia Brandenburgica (& alibi) *lupum* occiderit, detractam ipsi pellem stramine farcit, perticæque sic impositam circumfert ostiatim & præmium facinoris publici commodi exigit. Imò cadaver sic excoriati *lupi* affigitur per Sylvam, seu juxta vias publicas, ut quasi sumtum de animali nocivo supplicium consangvineos ejus admonear excolendæ innocentiæ: festivi spectaculi gratiâ solent pannis amiciri, mares quidem vestibus virorum, *lupæ* autem muliebribus indutæ. Olim ex aula Jenensi animoso *lupi* occisori modius frumenti dabatur, notante *M. Adriano Beyero.* (p) lupi vestiti & suspensi

§. 22. Olim Vice-Comites [de quibus D. *Sagittarius* (q) *luparios* habebant, unusquisque in suo ministerio duos; & ipsæ pelles *luporum* ad regium opus dabantur. (r) In multis locis tantùm Principum deliciæ sunt *luporum* venationes. Hinc Rex Galliarum eis specialem præfectum dedit, *le grand Louvetier* dictum. Et in hujus officii signum duo *luporum* capita

(o) cap. XI. (p) in Syllab. Rect. & Profess. Jenens. p. m. 164. (q) in Ducatûs Thuring. antiquitat. L. IV. cap. 9. (r) ex Caroli M. Capitulari II. an. 813. cap. 8.

capita insignia ejus ornant, habetque suos adjunctos, queîs simul venationis cura commissa est. Nos retibus, canibus, aliisque insidiis capimus, & necamus. Boreales falces ferreas alligato cadavere ponunt in nivibus, ut *lupi*, prædam voraturi, amputatis pedibus plectantur. (s) Vide plures capiendi modos apud *Saltzmannum* (t) & D. D. *Müllerum*, JCtum Jenensem. (u) Nota sunt Veterum cum *lupis* certamina. *Levoldus* enim de *Northof* (w) commendat Engelbertum, Comitem Marcanum, quod in bello lupino (Wolffskampe) victoriam obtinuerit. Veteres Angliæ Reges omnes *lupos* hâc arte extinxeruut, ut, si quis capitis pœnam fuisset promeritus, pro magnitudine delicti tot *lupos* occidere, & illorum capita ad judicem deferre fuisset obstrictus. (x) Sic cùm passeres noxiæ aves sint, & fruges consumere natæ, lege cautum est in nonnullis Westfaliæ locis, ut quilibet paganus, ad imminuendam eorum turbam, certo anni tempore, quando scilicet ovis incubant, certum occisorum numerum Sculteto suo offerat.

captura

quomodo in Anglia extincti sint?

§. 23. Vixit olim in illustri Monasterio *Hirschfeldensi* sub *Meginhero* & *Ruthardo* Abbatibus Cœnobita *Stephanus* Wulffsbern/ qui

observ. variæ de lupo

(s) Ol. M. Hist. sept. L. XVIII. (t) in disc. de lupo cap. 7. §. 8. (u) disp. de persecutione luporum §. 19. (w) in chronico Comit. de Marca. (x) Georg. Horn. in orb. polit. de Reg. Britann. c. 8. §. 3. Conf. suprà §. 12.

qui de *lupo* varias consignavit observatiuncu-
las, quas ex reculis Cl. Viri M. *Michaelis* Zim-
mels/ Rectoris Gymnasij ibidem, postea Pa-
storis Rulani, ab amico nuper acceptas (&
aliis historiis à me illustratas) coronidis vice
hîc subnecto. Quoniam ego (ait) è *lupina* »
familia sum, varias de *lupo* historias mihi col-
ligo, tam à Patre *VVolfgango Matthia*, quàm »
ab avo *Gregorio*, aliisque Venatoribus recita- »
tas, seu communicatas. Formidabilis bestia »
lupus, admiranda tamen Dei creatura. Occi-
sus aliquando unus post festum Martini ob »
rabiem, quâ percitus multos jugulaverat ho- »
mines, in cujus corpore multi *vermes in gy-*
rum convoluti, *omnes adhuc vivi*, reperti sunt. »
Hujusmodi animalcula simul cum cadaveri- »
bus quæ vorant, ingerunt; nascuntur etiam »
sponte sua in *lupis*, præsertim *senioribus*, cujus
rei parens & avus multa viderunt exempla. »
Alii ex *ulcere oculi* dextrum perdiderat, semper »
postea lachrymans. *Dentes lupinos* in subti-
lem pulverem tusos pater quamplurimis in »
pleurisi dedit cum *aqua florum papaveris erratici* »
bono cum eventu. *Cor* in butyro tostum &
comestum *animosos* facit homines, ut nec tela, »
nec enses reformident. *Pulmo* interdum *pu-* »
rulentus fit, ipseque *lupus phthisicus*, non secus
ac homo. Visi sunt in eo vesiculæ *albo mucore* »
repletæ, [*quales etiam vidit Joh. Theod. Schenck.* »
(y)] *Hepar* schirrosum, & *lien* variis in locis »

E per-

(y) apud Th. Bartholin. C. IV. epist. 72. p. 434.

perforatus viſus eſt, fortè à bile, cujus magna copia in corpore inventa. In *renibus* etiam generantur *lapilli* uti in veſica. Peperit nuper *lupa* una cum catulis ſuis duos canes albiſſimos. Habuit Avus meus juniorem *lupum* cicurem & apprimè edoctum. *(lupus eruditus)* Si enim ille baculum ſuum, mitram, aliudve quid projiceret, dicens: *accerſe Marten,* ſtatim currebat, & Domino ſuo reddebat. Ad fiſtulam ſaltabat eximiè, tympana etiam pulſabat. Ad ſonum cornu venatorii cœpit ululare: muribus minoribus & campeſtribus adeò infenſus erat, ut commodè vices plurium felium ſuppleret. Ibat cum canibus venaticis in ſilvam, cumque iis rurſus domum; adeò manſvetus, ut etiam infantes cum eo luderent. A ruſtico tandem veneno ſublatus in horto parentis ad pyrum tumulatus, cujus fructus nativum ſaporem verò amiſerunt poſtea. Ipſi parochus hoc fecit epitaphium:

(epitaphiũ ejus)

Captus eram quondam, varias edoctus & artes:
hinc Domino gratus, ſed quoq; fidus eram.
Non ullum læſi, ſed pacem ſemper amavi,
ruſticus ille tamen maximus hoſtis erat.
Non merui talem mortem: miſerere viator;
optimus eſt, credas; ruſticus usq; nequam.
Vindictam ſævi poſcent fortaſſe parentes,
nonne lupum *ſcelus eſt enecuiſſe* probum?

(lupus dæmoniacus) Ambulabat religioſus in aurora è ſuo in vicinum pagum ultimum viaticum ſeni cuidam daturus. In ipſa campi planitie occurrit ho-

ras suas fortè recitanti atrox *lupus* rictu apertô, & linguâ exertâ. Quid ille? preces & suspiria arma ejus fortissima. Subitò autem disparet *lupus*, & loco illius macilenta vacca stabat in semita. Ille magis perterritus per aliam viam currit in pagum, & incolis, quæ gesta erant, narrat. Rident illi, dicentes: hujusmodi metamorphosin anus nonnullas in pago sæpius facere, se autem parum curare. Nobilis mediâ nocte per eandem viam equitans videt inter gregem ovium, juxta viam cubantem, *lupum* lento gradu ambulantem, opilione cum canibus profundè stertente. Cui è somno statim excitatò de ingrato hospite narrat. Prodiens ille nil aliud videt, quàm *carrum fimo repletum*, toto grege salvo & illæso. Arrepto tamen pedo *inversam peram suam* fortiter pulsat, addens: *ita se pellere spectra ista.* Et præsente ad huc nobile etiam carrus disparuit. [*Erat aliquando inter peregrinantes ad Rhenum juvenis mercator, qui opilionem videns ad saltum oves suas pascentem, tunc verò placidè in colliculo dormientem, quærit socios suos: an sibi liceret jucundam aliquam instituere tragœdiam? annuunt illi, nescientes, quid facturus sit. Sic statim in angulum discedens verba aliqua murmurat, & ecce! è nemore isto lupus progreditur unam atq; alteram ovem occidens. Opilio satis gnarus, rem hanc esse dæmoniacam, facciperium suum baculo pastorali fortiter verberat. Quod dum fieret, miserabiliter iste juvenis* historia ridicula

ejulare cœpit, propter Deum rogans, ut quiesceret opilio, se non posse amplius verbera ista sustinere, omne damnum verò sibi restituturum. Ecce, quam pulcrè fur furem, & lupus cognovit lupum, Vögel von gleichen Federn kommen gemeiniglich zusamen. *Similem ferè historiam retuli in bufone meo*, (z) *& hoc explicat apologus de lupo & vulpe, ubi quæ alterum fraude perdiderat,*
» *fraude circumventa pergit.*] Avus meus, per-
» git *Stephanus* noster, *lupam* valde macilentam
evisceraturus, ut, jussu Comitis sui, scrutare-
» tur maciei causam, in dextro rene *lapidem du-*
» *rum* & *magnum* reperit, in quo externè digito
» Naturæ *patibulum*, seu græcum istud Π pulcherrimè insculptum erat. [*Israel Schmidt* (a) *narrat, parentem ejus anno 1626. bovem mactasse quadriennem, in cujus vesicula fellea lapis triangularis latuit, duarum ferè unciarum, in quo gladius vaginâ vacuus visus fuerit. Multa, eaq; singularia, de lapillis in vesicula fellea vide apud*
» *alios.* (b)] Idem in alio vidit *colli strumam.* [Canem *strumosum sistit Exc. D. Pechlinus.* (c) *De strumis insolitis latius agemus* σὺν Θεῷ *alio*
» *die.* (d)] Vehebatur nobilis Dominus cum

uxore

(z) Sect. I. cap. 3. §. 46. (a) in observ. MStis. (b) Schenck. L. III. Sect. post. obs. 70. Dec. I. Eph. cur. ann. 1. obs. 44. cum schol. Sachs. de miranda lapid. natura pag. 102. Th. Bartolin. C. I. obs. 72. Dec. I. Eph. ann. III. obs. 19. & 191. Dec. II. ann. VI. obs. 75. Adde tr. m. zeitkürtzende erbauliche Lust. num. 112. (c) in tr. de color. æthiop. c. 1. pag. 6. Conf. C. IV. obs. med. phys. 8. (d) C. III. obs. m. 5.

uxore sua tunc gravida tempore hyemali trahâ per campos pagosque. Quam pro arcendo frigore contexerat *pellibus lupinis* præparatis. Illa verò fortiùs, quàm decebat, intuens *pilos lupinos*, puellam ferè *hirsutam* postea peperisse dicitur, quæ tamen citiùs obiit. An ita sit nescio. Transcribo saltem narrata. [*Bergis Norwegorum fuit puer, cujus pili prorsus ursinos referebant & colore & figuræ similitudine. Contraxerat eos à matre, quæ cùm gravida sacræ synaxi interesset, attentis nimiùm oculis novam ursi pellem contemplabatur, quæ nuper, pro more loci, ad aram strata fuerat,* (e) *ut lubens credam narrationem istam Stephanianam. Magna siquidem phantasiæ vis! Scortum istud album, notante D. Claudero, ex æthiope pepererat filiolum, cui omnia membra alba, excepto solo illo, quô se virum præstiterat petulcus, nigro & patrissante.* (f) *Sic D. Borrichius in Gallia interiori multos agnos spectavit nigerrimos albissimâ caudâ.* (g)] Sed hîc sat prata biberunt.

infantes hirsuti

(e) Bartholin. C. V. hist. 24. (f) Dec. II. Eph. ann. 190. C. II. obs. m. 92. (g) Vol. V. Act. Med. Hafn. obs. 84.



SECTIO SECUNDA

Quæ

Hiſtorica,

CUJUS PARS PRIMA

AGIT

DE USU LUPI RELIGIOSO.

CAPUT UNICUM.

§. 1.

Numina gentilium bruta, gallus, anſer, aſinus, caper, bufo & alia.

NIhil efficaciùs regit multitudinem quàm ſuperſtitio. Hinc quæque gens Deos Deasque ſibi fabricabat. Coſdras, Perſarum Rex, *gallum*: *Calbum* coluêre Pythagorici, (a) & Franci in Palæſtinam ituri *anſerem*, ſeu, ut alii volunt, *capram* in nave ſub titulo cultûque Spiritûs Sancti vexêre, narrante *Sifrido* Presbytero Miſnenſi. (b) Etiam *aſino* ſacra ſua fuêre, quem Plutoni conſecratum, cultumque à Bohemis *Dubravius* & *Coſmas Pragenſis*, (c) notante Cl. *Voßio*, (d) prodidêre. *Hircum* quoque ſacra inter animalia habebant Pruſſi, & Ægyptii, præſertim Mendeſij: (e) imò *bufonibus*

(a) Plutarch. L. IV. Symp. quæſt. 5. (b) in epitom. L. I. (c) in chronico (d) de orig. & progreſſ. idololatr. L. II. c. 3. p. 481. (e) Herodot. in Euterpe L. II c. 46. Diod. Sicul. L. I. c. 88. Clem. Alexandrin. admonit. ad gent. p. 25.

nibus divinus honor delatus est. (f) De multis aliis brutis religiosè cultis & adoratis vide *Marquard. de Susanis*, JC. Utinens. (g) & D. D. *Valentin. Alberti*, Prof. in alma Lipsiensi, celeberrimum, Fautorem honorandum. (h)

§. 2. Ita *lupus* à quibusdam Ægyptiis (quod de *Lycopolitana*, Thebaidos civitate, quoque asserunt *Macrobius*, (i) *Strabo*, (k) & *Plutarchus*,) (l) devotè colebatur, (unde herbam, quæ *lycostonos* vocatur, in terras suas importari vetabant, (m)) observatum *luporum* ope Osirim, seu Solis privignum, vel Solem ipsum, ut clariùs refert *Eusebius*. (n) *Lupi* siquidem canibus similes sunt; & Isidi, unà cum Oro filio, certamen adversus Typhonem suscipienti, Osiris ab inferis in auxilium venit, in specie *lupi* apparens. Alii ajunt, *lupis* adversus Ægyptum irruentibus æthiopes distractos fuisse, unde regio *luparia* dicta est. (o) Alii: quòd Macedoni ex *lupi* corio (ut Anubidi ex pelle canina) tegumentum fuerit. (p) Delphi etiam in venerationis censum deduxerunt *lupum*. (q) Gemina affertur causa, (1.) quia Apollo ex Latona in speciem *lupi* conversa

lupus cur cultus?

(f) Vid. Cl. Hachenbergs dissertat. VIII. German. med. §. 23. p. 279. (g) de Judæis & usuris Part. III, c. 1. p. 342. (h) in dissert. de cultu idololatrico bestiarum habit. Lips. anno 1669. (i) in Saturnal. (k) Geograph. L. XVII. p. 812. (l) de Iside pag. 380. b. (m) Ælian, L. IX. c. 18. (n) L. II. de præparat. Evang. c. XI. (o) Diod. Sicul. L. I. cap. 88. p. 77. (p) Idem. cap. 18. p. 15. (q) Ælian. L. X. Hist. anim. c. 26. & L. XII. c. 40.

versa natus fingitur, (2.) quia aurum sacrum furtô arreptum & in Parnasso defossum investigarat *lupus*. (r) Adeò firmiores apud Ægyptios opiniones de bestiis quibusdam, quàm apud Romanos de sanctissimis templis & simulacris Deorum, dicente *Cicerone*. (s) Vide sis tamen *Cynograph.* meam *curiosam*. (t) Profert Cl. *Bartholinus* (u) inscriptionem Neapolitanam, sed quò traxeris eam, ignoro.

Lupus Marti sacer, §. 3. Et *Marti* olim *lupa* sacrata, teste *Justino*, (w) sive quòd *Martij* pueri, Remus & Romulus in luco Martis nati sint, sive quòd quare, à *lupa* nutriti, sive quòd splendor ille ad ruboris & ignei obscuritatem declinans occasionem dederit antiquioribus, ut Marti Deo pari eos superstitione devoverent, ejusque tutelæ, ob sideris ignei affinitatem, committerent. (x) Quæ omnia *Thomas Bartholinus* ex Scholiaste Apollonii (y) clariora fecit. Ideo *lupus Martius* & *Martialis* dictus.

Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius *à stabulis rapuit* lupus. (z)

Martius lupus aut cruentus, aut Marti sacer, ait Taubmann. Vide tamen Cœl. *Rhodigin.* (a) & *Alex.* (b)

nec virides metuunt colubros, nec Martiales *hædilia*

(r) Conf. D. Albert. cit. disput. §. 38. (s) Lib. I. de natur. Deor. (t) S. II membr. I. c. 1. (u) de luce brutor. c. 5. p. 177. (W) L. XLIII c. 2. (x) Bartholin. loc. cit. p. 178. (y) L. II. Sect. 7. (z) L. IX. Æneid. vers. 565. (a) L. X. cap. 2. (b) L. III. cap. 12.

dilia lupos. (c) Vel ob *fortitudinem, audaciam* & *rapacitatem* Marti sacrabantur.

§. 4. *Apollini* verò (qui λύκιος & λυκοκτόνος dicitur,(d)) vel ob similitudinem, vel ob odium erga hoc animal. Rectè *Muretus*: (e) alii, quod cuique Deo gratissimum esset, id ad illius aras mactari solitum ajunt: alii, quod quisque Deus odisset, ejus potissimum cæde oblectari putabant. Conf. *Natal. Comit. Mytholog.* (f) Ad similitudinem *lupi* cum Apolline spectat, quòd *Lycopolitani* Apollinem & *lupum* pari religione coluerint, in utroque autem venerantes Solem, quia hoc animal plurimum oculorum acie valet. Ad odium pertinet, quod è Corinthiacis *Pausania* (g) narrant de causa, cur Apollo, quem Siconii colebant, *Lycæus* vocatus sit. Cùm enim *lupi* ovilia tantopere vexarent, ut nullus jam ex illis capi fructus posset, indicasse Apollinem, quo loco aridum quoddam lignum jaceret; cujus corticem carnibus permistum cum ex eodem oraculo *lupis* apposuissent, illos simul atque gustaverunt interemtas esse. *Lycium* quoque Apollinem oraculo clarum ex *luporum* interfectione sic dictum, sunt qui produnt. (h) & Apollini,

(c) Horat. l. od. 17. Conf. Etzler. Isagog. Physico-magico-medic. tit. Martis. p. 58. (d) Vid Gyrald. Syntagmat. VII. f. 215. seq. (e) L. III. Var. lect. c. 7. (f) L. IV. c. 10. p. 344. (g) p. 96. (h) Gyrald. loc. cit. è Festo, Cerda ad L. IV. Æneid. f. 420.

PARS SECUNDA
AGIT
DE USU LUPI POLITICO-TOGATO.
CAPUT I.
DE USU LUPI IN FUNDANDIS ET DENOMINANDIS FAMILIIS NOBILIBUS ATQUE PLEBEJIS &c.

§. I.

ab omni bestia nominamur,

NOn tantùm ab *utroq;* pecore nomina multa habemus, dicente *Varrone,* (i) sed à qualibet bestia, seu *volatilis,* aut *natatilis,* vel *gressilis reptilisve* ea fuerit. Erant olim Romæ *Corvi, Corvini, Vituli, Asina, Asinii, Tauri, Apri, Vrsi &c.* Quot adhuc inter nos *Sperlingii, Lerchii, Reyheri, Habnii, Finckii, VVachtelii, Storchii, Geieri, Strausſii, Rebhanii?* ut de *vulturibus, Aquilis, Gruibus, Cygnis, Ganſiis, Spechtiis, Andteris, Atzeliis &c.* nihil dicam. A *piſcibus* cognominantur die Aahlen/Krebſe/Karpen/ Heringen/ Hechten/ Quappen/ Aſchen ꝛc. à *greſſilibus* & *reptilibus* innumeræ Germanorum familiæ, nobiles pariter ac ignobiles, ſcilicet ab *ove, capris, equo, porcis, vulpe, agno, aſino, bove, vitulo, cane, cervo, cato, lepore, urſo, muribus ſue &c.* Si quæ nomina in *Ita-*

ſeu

(i) L. II. de re ruſtica.

seu *VVitz* terminantur, ut *Lottitz*, *Schweinitz*, *Zitzwitz*, *Lüderitz &c.* ea vel Wendicam præ se ferunt originem, seu in Wendica prædia successionem, notante Exc. D. *Schurtzfleischio*, Fautore honoratissimo. (k)

§. 2. Suum cuique cognomen *virtus*, seu *vitium*, aut *memorabilis*, vel *fortuitus* casus, *aliusve eventus* dedit. (l) *Virtus*: Inde *Catones*, quòd cati & cauti semper fuerint, & Germani nostri Weisen. *Vitium*: ut Tarquinio superbo, *Casus memorabilis* vel *fortuitus*, ut Scrofis. Cùm enim unus ex Tremelliis Romanis unà cum liberis suis in villa moraretur, & servi ejus *scrofam* vicino surreptam jugulassent, vicinus advocatis custodibus omnia circumvenit, ne qua hæc efferri posset, tunc restitui sibi pecudem jubet. *Tremellius* subitò cadaver *scrofæ* sub centonibus collocat, super quibus uxor cubabat, & quæstionem vicino permittit. Cùm ventum esset ad cubiculum, verba juramenti concipit, nullam adesse *scrofam* præter illam, quæ in centonibus jaceret, lectulum monstrans. Atque hæc facetissima juratio Tremellio *Scrofa* cognomen dedit. (m) Valerio Tribuno, cùm ad singulare certamen à Gallo provocatus descendisset, quòd pugnanti in galea *corvus* insederat, *corvini* nomen factum est. Rursus *Buteones* dicti, quòd autori

cognominum origo. (1) virtus, (2) vitium, (3) casus memorabilis vel fortuitus. Scrofæ, Corvini Buteones.

(k) de Nobil. insign. §. 5. (l) M. Joh. Neumann disp. de origin. cognomin. §. 12. Sigonius de nominib. Roman. p. 357. (m) Becmann. LL. p. 445.

autori familiæ, cum classi præfectus à portu solveret, *Buteo* avis felici omine insedisset, quo augurio insignem de hoste victoriam tulit, referente *Alex. ab Alex.* (n) *Galeacius* Matthæi M. filius nomen, quod ad posteros fluxit, primus familiæ intulit. Cum enim mater *Burra* in multo *gallorum* cantu puerum eniteretur, apertisque oculis vagientem vocasset *galeacium*, idque arridentes ancillæ crebrius repeterent, constanter hoc nomen retinuit. (o) Vel *fortuitus*: Quidam, quòd infans ad *caupona fenestras* depositus fuisset, adultus dicebatur der Schenckfenster: alius in *via* publica repertus der Wegener. *Aliusve eventus.* CN. Sergius nomen *aurata* accepit ideò, quod gulæ addictus illorum piscium esu maximè delectaretur. (p) Unde *Cincinnati*, *Crispi*, *Frontones*, *Lusci*, *Barbati*, *Labeones*, *Balbi*, *Blasi* &c. nisi à capillis, fronte, oculis, barba &c. quæ vel pulcriores, prolixiores, seu vitiosiores fuêre. Sic *Cicero*, *Fabius*, *Lentulus* ab hujusmodi leguminibus nominati sunt.

Galeacius

(4) alius ve eventus

§. 3. Næ aut bellica virtus, seu alius notabilis casus, nobiles *lupinas* familias peperit. Symbolum *fortitudinis* bestia hæc. Rectè igitur homines gloriam sibi à ferro comparaturi eam usurparunt, qua robur militare publicè designarent. (q) Quòd verò militiæ togatæ

unde nomina lupina?

studiósi

(n) L. I. genial. dier. c. 9. p. 13. (o) Paul. Jovius Vir. illustr. L. I. in vit. ej. (p) Glandorp. onomast. p. 789. (q) Adde Justin. Wolfii disp. de insignib. & nomin. lupin. §. 46. 48. & 54.

studiosi arma & nomina sua ab hoc animali sumserint, fortè ob *perspicaciam & insigne visus acumen* factum est. Veteres enim (ut dixi) tàm *Marti* quàm *Apollini* lupum sacrabant: illi ob *fortitudinem* & *robur*, huic ob *perspicaciam*. Ut illa militum; sic hæc eruditorum virtus est, ut uterque emblema seu mnemosynum habeat, & neutrum nominis, seu armorum gentilitiorum pœniteat. Imò ob *lupos* aliquandò in venatione fortiter oppressos, uni alterive familiæ pro insigni esse cœpit, uti de *VVolframsdorfiis* & *Kôtteritiis* suspicamur. (r) Nec casum excluseris, cujus memorabilia mox dicemus.

§. 4. Dedit autem *lupus* aliis *prænomina*, aliis *cognomina* sua, cum & sine additamento. Sisto primùm eos, qui vernaculo idiomate *prænomina* abs eo simpliciter trahunt.

VVolfus, Pomeranorum Dux, quo de vide *Lib. de fundatione cœnob. Bigauiens.* c. p. *VVolf*, Dux Angliæ, quo de *Adamus Bremensis*. (s) *Knut*, Danorum Rex, dedit sororem suam, quæ à Richardo Comite repudiata erat, *VVolfo*, Duci suo, ex qua nati sunt *Svein*, *Tosti* & *Haroldi*. (t) De *VVolfio*, qui balsamorum terram tenuit in veteri Marchia, lege notas *Bangerti*. (u) *VVelfo*, Bojorum Dux, Brunoni Episcopo Augustano, innocentiam suam probabat judicio aquæ

prænomina à lupo simpliciter, Wolf,

Welfo,

(r) vid. infrà c. III. §. 3. (s) L. II. H. E. c. 38. (t) Scholia antiqua in M. Adamum. (u) ad L. I. chron. Slavor. c. 40. p. 101.

aquæ frigidæ. (w) Ad fabulam accedit, quicquid de multi para tot abjectorum liberorum genitrice garriunt creduli. (x) Propius id ad veritatem, quod commemorat *Joh. Bapt. Pigna*, (y) à mero scilicet beneplacito impositionem nominis *VVelphonis*, seu *catuli*, fluxisse, quo *bellicosum Martiumq;* animum indigitabant. In historia vit. & gestorum Caroli M. *Eginhart*. alicujus *lupi*, seu *VVelphi* meminit eundemque *Vasconum Ducem* vocat. Alii absolutè *Comitem* nominant, nullâ ditionis patriæve designatione factâ. Plures variorum opiniones citat Exc. *Kirchmayer*, Academ Wittebergensis Senior, Amicus candidissimus. (z) Unde autem *Guelforum* factio & altera *Gibellinorum*, queis Italia diu exagitata fuit? vera utriusque denominationis causa est à tessera militari. Cùm in prælio propè Winsbergam anno MCXL. Welfonis quidam milites clamarent: Hie Welp/vel: Hie Wolff Cæsariani verò, hie Weiblingen / quòd *Conradus* III. in eo castro natus & educatus fuisset. (a)

origo factionis Guelforum & Gibellinorum

Wolff von Lüttichau Eques & J. U. D.
Eitel Wolff von Stein/ Collega Societati

lite

(w) Conrad. Ursperg. Abb. in Lothario p. 288. (x) vid. S. I. c. 3. §. 9. (y) L. II. Princip Estens. hist. (z) in disp. de originib. Habspurgico-Austriacis & Hohenzollero-Brandenburg. cap. 3. §. 3. seq. (a) Calvis. chronolog ad hunc ann. p. m. 761. Limnæus L. I. c. 7. Crus. Dodec. II. annal. Svev. L. X. c. f. 382. Aventin. L. VI. annal.

literariæ seu Celticæ, quam sub Maximiliano I. fundarat *Johann. à Dalburg*, Episcopus Wormatiensis, Princeps doctissimus, unà cum *Conrado Celten*; cui Collegio nomen quoque dederat *Johannes Trithemius*, cujus laudabiles ausus narrabit *Langius*. (b) Wolff von Waldau in Schwanowitz & Hundsfeld/ Consiliarius Silesiæ Ducis Caroli II. Wolff Marschall zu Gosserstedt. Wolff Sollwitz/ Erfurtensium hostis, quo de *Binhart*. (c) Wolff Gottfried von Hahn/ Consiliarius Saxo-Gothanus. *S. VVolf* meminit Cl. *Kirchmayer*. (d) *VVolfus*, monachus apud *Bucelin*. (e) Wolff Leise/ Superint. Longosalissanus obiit d. 16. Maj. 1561. *VVolf* Musculus, Theologus reformatus. Wolff Küchenmeister/ Conversus Portensis. Wolff Bierdümfel / Wolff Leicht / Wolff Trentfuß/ Senatores Hilperhusani.

S. Lupus, Slavorum Episcopus, Christum Ratisbonæ prædicans, martyrio coronatur anno CCCCLXXXIX. M. *Theodor. Engelhus*. sic: (f) Roma capta est à Vandalis. Attila dum per Gallias ad oppidum, cui S. *Lupus* præerat, veniret, accurrens Episcopus dixit ei: *tu quis es, qui nostras terras vastas, & gentem nostram perturbas?* respondit: *ego sum* Attila, *flagellum* S. Lupus.

Dei,

(b) chron. Ciliz. ad ann. 1512. Conf. tract. m. cujus rubr. zeitkürtzende erbauliche Lust/ num. 208. (c) in chron. Thuring. L. III. p. 70. (d) in epinicio ad Leopold. I. edit. 1688. (e) German. sacr. P. II. p. 44. B. (f) in chron. p. 111.

Dei, & duxit eum in civitatem. Miro autem modo percussi omnes Hunni cæcitate transierunt per civitatem à porta in portam, neminem lædentes. Ad eum Attilam veniens S. Leo Papa, non solùm Romæ, sed toti Italiæ salutem impetravit. (g) *Lupus*, Episcopus Furmensis, & Catalaunensis.

Lupi Episcopi,

Lupus, Episcopus Senosensis,
- - - - Lugdunensis,
- - - - Veronensis, } vid de his *Baron.* (h)

Anno MCCCCXXIV. ordo monachorum D. Hieronymi, jamdudum à sua institutione primæva collapsus, à *Lupo* Hispalensi restauratur. (i) *Lupus*, Episcopus Trecensis, qui cum B. Germano in expugnanda Pelagianorum hæresi totus erat. *Lupus*, Episcopus Ecclesiæ Textinæ. (k)

& Abbates,

Lupus Abbas Augiæ. (l) *Lupus* Servatus Presbyter, ad quem Rabanus, Abbas Fuldensis, octo libros in epistolam Pauli ad Romanos scripsisse legitur; (m) factus postea Abbas monasterii Petrini in agro Senonensi: interfuit synodo Svessionensi anno DCCCXLIII. teste Vossio. (n) *Lupus*, Abbas Larinorum, qui elegans epistolarum genus divulgavit.

Lupus

(g) Add. Sigebert. Gemblacens. in chronograph. Chron. magn. Belgic. p. 15. Aventin. lib. II. annal. p. m. 131. (h) in Martyrolog. pag. 145. 598. 637. 741. (i) Lang. chron. cit. p. 854. (k) Vorburg. T. XI. hist. p. 419. (l) Aventin. L. III. pag. 174. (m) Joh. Jac. Fries. in serie Patrum ad AD. 850. (n) de hist. lat. p. 317.

Lupus monachus Benedictinus. (o) *Lupus* sacerdos Insulæ, quam Chimensis lacus facit. (p) *Lupus* de Oliveto, monachus Hispanus. Sermonum *Lupi* meminit Cl. *Autor Dialog. menstruor.* (q) Christiani *Lupi* Idem. (r) Multos alios *lupos* Christianos collegit *Surius* (s) & *Baronius*, (t) nec non *Vorburg.* (u) *Lupus*, Vasconum Princeps, (Sigebert. Gemblacensis Regem vocat,) (w) Carolo M. se cum tota provincia permisit. (x) *Lupus* de Lengelfeld interfuit conventioni inter Ottonem Imp. ac Ludovicum Bojar. Ducem Francofurti ad Mœnum cIↃCCXII. XIII. KL. April. Templum Oniæ in agro Heliopolitano conditum clauditur à *Lupo* Præfecto, jussu Vespasiani, anno CCCXXXIII. postquam ædificatum esset (y) *Lupus* Protospata Historicus, qui de rebus in Regno Neapolitano ab anno DCCCLX. ad MCII. gestis scripsit. (z) *Lupus* de Portugall, Doctor Legum, cujus mentio apud Abbatem *Vrspergensem.* (a) *Lupus* & *Lupenus* Medici scripsere de peste, uti *VVolphius*, insignis Medicus. In *Lupum* passim extant

ac Monachi

lupi principes.

lupi eruditi.

F

(o) Brower L. I. Antiquit. Fuldens. p. 57. (p) Vorburg L. X. p. 52. (q) anno 1691. p. 693. (r) ann. cit. p. 181. (s) T. VII. de Sanctis, (t) in Martyrolog. (u) Vol. XI. hist. p. 154. 310. 427. 491. 493. 507. & Vol. X. p. 52. (w) Aventin. lib. IV. p. 186. (x) Kranz. L. II. Saxon. c. 2. & L. III. Daniæ c. 27. Sigon. de Regno Ital. L. II. sub ann. 664. (y) Calvis. oper. chronol. pag. 458. (z) Miræus L. I. bibliothec. f. 241. (a) in Paralipom. rer. memorabil. p. 300.

tant nitidissima epigrammata apud Marti lem. (b) *Lupus* in Satyricis Lucilii carmin bus famosus.

- - *seculi Lucilius urbem*
te Lupe, *te Muti*, & *genuinum fregit in*
lis. (c)

Tradunt fuisse *Lupum* Albatium, Virum n bilissimum quidem, sed vitiis coopertum.

Lyci, *Lycus* Bœotiæ Rex apud *Calepin.* (d) & R Maryandinorum. Plures hujus nominis d bit *Aldrovand.* (e) & *Carol. Stephan.* (f) L cus puer Alcæo dilectus, teste Beroald. (*Lycus* βυθήρας Historicus Rheginus ap Vossium. (h) *Lycus*, seu *Lyciu*, Comicus, frigidus & jejunus, ideò ab Aristophane risus. (i) *Lycus* Plautinus. (k) *Lycus* Th sibuli pater. (l) Lyco Syracusanus, qui fenestram gladium dedit, quô Dion inter ctus est. (m) *Lyco* Troadeus Philosoph educandis instituendisque pueris maxi idoneus. Obiit anno ætatis LXXIV. (n) *cus*, Pandionis filius, Regioni *Lyciæ* non dedisse fertur. (o) Alexander M. Persid intraturus *Lycium* quendam ductorem hab

(b) Lib. V. 57. lib. VI. 79. lib. IX. 3. lib. X. 40 XI. 19. (c) Pers. Sat. 1. (d) pag. 196. (e) de quadrup. digit. vivipar. cap. VI. p. 144. (f Dictionar. p. 1247. (g) ad IV. Tuscul. f. 89. de hist. græc. p. 75. (i) p. 35. de Poët. græc. in prolog. Pœnul. v. 92. (l) Nepos in ej. vit. (m) Idem in vit. ej. c. 9. (n) Vid. bibliothec. los. classicor. chronolog. ad AM. 3690. (o) drov. l. c. p. 156.

habuit. (p) *Audiat invidus dementem strepitum* lycus *& vicina seni non habilis* lyco. (q) *Olaus* idem est quod Wolff. (r) *Olaus*, S., cujus corpus Nidrosii cubat; quam urbem M. Adam. (s) *Trondemnem* vocat, Trondheim. Tumba ejus multis miraculis clara. Erat enim Rex justissimus, qui primus Nordmannos ad Christianismum pertraxit. (t) De eo bellam narrat historiam *D. Müller.* (u) *Olaph*, Rex Sveonum Christianissimus, quo de *Adam. Bremens.* (w) *Olaus* Wormius, & *Olaus* Borrichius, Medici famâ super æthera noti. *Seb*, i.e. *lupus*, occiditur. (x) Olaus

§. 5. Dabimus nunc *prænomina* cum additamento? prænomina cum additamento.

Wolfgangi nomen communissimum in Germania.

S. *Wolfgangus*, Episcopus Ratisbonensis, antea Monachus Einsiedlensis, Comes ab *Achalm*, qui obiit anno DCCCCXCIV. (y) Wolfgangi.

Wolfgangus, Fundator Ecclesiæ Padebornensis, quam *Rotho*, Successor Meinwerci, in honorem S. Galli dedicavit. (z) *Wolfgang.* ab Hausen, Episcopus Ratisbonensis, ex præposito Elvacensi. *Wolfgang.* à Dalburg, Archi-

(p) Curt. L. V. c. 4. (q) Horat. L. III. carm. ode 19. (r) vid. S. I. c. 1. §. 8. (s) L. de situ Daniæ & reliquar. Septentr. region. p. 155. (t) scholia antiqua in M. Adam. (u) de pœnitentia ecclesiastica cap. IV. num. 47. (w) L. II. cap. 27. & c. 42. (x) Judic. VII. 25. (y) vid. Breviar. Roman. ad d. XXXI. octobr. (z) Gobelin. Person, Cosmodr. ætat. VI, c. 237.

Episcopus Moguntinus. *Wolfgang.* de Cl
sen, & *Wolfgang.*, Comes Salmensis, Episc
pi Passavienses. *Wolfgang.* Princeps Anha
tinus, Ecclesiæ Gerenrodensis Tutor, (a) qu
de fusiùs D. D. *Sagittarius*. (b) Nomen ej
confessioni Augustanæ adjunctum est, eiq
quintus Tomus Operum Luteri latinus insc
ptus. (c) *Wolfgang.* ab Eusigkheim, Abb
Fuldensis LXIII. quo de *Browerus*, (d) Vita
ejus *Fabricius* (e) versibus includit: Succe
sor ejus *Wolfgangus* Schutzbar à Milchlin
Wolfgangus, Comes Barbyensis, cujus laud
dicet Chytræus. (f) *Wolfgang* Strein/ L
ber Baro Austriacus, cui carmen fecit *Tau*
mann. (g) *Wolfgang* Viridarius, (Grün
stein/) qui nobilitatem generis & corpor
proceritatem doctrinâ & prudentiâ exorna
Wolfgang à Schleinitz, bat. (h) *Wolfgang* à Schleinitz, cujus mo
numentum adhuc Misenæ in templo Afran
superest, omnium æ ætatis perhibetur fui
pulcherrimus, vulgò etiam dictus der schön
Schleinitz. Sed in ipso ætatis flore in mo
bum lethalem lapsus, à propinquis suis exora
non potuit, ut effigiem suam seu sculptam, v
pictam posteris relinqueret. Hoc tantum pr
cibus eorum indulsit, ut postquam terræ ma
datu

(a) Annal. Gerenrodens. T. II. rer. German. M
bom. p. 451. (b) in hist. Anhaltina c. 26. (c) Da
Chytræus l. xxi. chron. Saxon. p. 636. (d) L.
Antiquit. Fuldens. pag. 357. (e) in gloria Fuldæ
184. (f) lib. cit. pag. 627. (g) L. II. epigram
p. 582. (h) Vorburg. Volum. X. hist. p. 50.

datus foret, paucos post dies tumulo aperto, quâ formâ demum cadaver reperirent, ita depingi curarent. Fit: & ecce semiconsumtum à vermibus, serpentes circa diaphragma & spinam dorsi reptantes. Hâc pompâ, hâc formâ videbis saxo incisum, si credis *Philippo Camerario*, (i) & *Salmuto*. (k) At pro fabula habet hanc narrationem *M. Johannes Müller*. (l) Rem totam incertam esse ait, cùm *Georg. Fabritius*, Scholæ Misnensis Rector, & veritatis scrupulosus sectator, nullam in annalibus Misnicis *Wolfgangi* hujus mentionem faciat, nequidem anno MDXXIII. quô tamen mortuus fuisse dicitur; aliàs verò plurimorum *Schlenizziorum* in Afrano sepultorum meminerit, ideoque ad verissima mendacia Rollenhagiana refert. Verùm Eruditissimus *Garmannus*, Collega & Amicus meus honorandus, admodum nuper hanc historiam repetiit, additis aliis. (m) *VVolfgang* Frantzius, S. Th. D. & PP. Wittenbergensis. *Wolfgang* Mannfraß/ S. Th. D. & Superint. VVürcenæ. *Wolfgang*. Goldschmied / Theologus Quedlinburgensis. *Wolfgang* Capito & Musculus, Theologi reformati. M. *Wolfgang*. Stein/ Superint. VVeisenfelsensis. *Wolfgangus* Amling/ edidit victoriam de triumfata communicatione idiomatum reali, Servestæ

(i) hor. subcis. Cent. I. cap. 11. (k) C. III. obs. 80. (l) in disp. Phys. utrum. ex medulla spinali in homine mortuo serpens nascatur? habit. Wittenberg. 1674. (m) in Oolog. curios. dissert. 2. §. 146.

1584. *Wolfgang* Heubener / Archidiacon. Hilperhusanus obiit 1612. *Wolfgang*. Thomæ Past. Carlsburg. *Wolfgangus* Ritter/Diacon. Magdeburg. *Wolfgang* Marius, philosophus & Poëta, Abbas cœnobii Allersbachensis. *Wolfgang*. Spitznaß / Eccles. Cathedralis Magdeburg. Canonicus, *Wolfgang*. Gründling/ scripsit observationes ad canones Concilii Laod.

VVolfgang Lazius, migrationibus gentium clarus.

- - Grüning/ JC. Erfurtensis.
- - Krauß/ clarus chronico Misnico.
- - Hirschbach/Prof. VVittenbergens.
- - Lindener/Præfect⁹ judicii in Porta.
- - Robe/M. D. & Med. Castrensis.
- - Höfer/ D. Medicus Cæs. celebris, ob Herculem suum, quem edidit.
- - Maurer/Med. Philos. Doctissimus.
- - Krantz/ Comit. Hanov. Archiater.

Georg. *Wolfgang*. Wedel. D. Archiat. & Consil. Saxonic. PP. Jenæ inclytissimus.

Wolfgang. Chistoph Wesener/D. Ph. & Med. Elector. Brandenburg. Med. Hallensis, quo de suprà. (n)

D. *Wolfgang*, Tubingensis, Paracelso familiaris.

Wolfgang Chytræus, Biruthinus, quo de *Taubmannus*. (o)

M. Wolf-

(n) S. I. cap. 3. §. 5. (o) L. II. epigr. p. 425.

M. *Wolfgang.* Heiderus, PP. Jenensis.
- - - Waldung, PP. Altdorfinus.
- - - Roßteuscher / Hilperhusanus, PP. Dantiscanus.
- - - Lindener / Rect. Gymnas. Portensis, anno 1556.
- - - Stier / Gymn. Mariæ Magdalen. Uratislav. P.P.
- - - Müller / Gymn. Schleusingensis Rect.
- - - Virn / Rect. Scholæ Hilperhusanæ, obiit 1594.
- - - Uhlbeck / P.L.C.
- - - Löer / VVolckendorfianus. (p)
- - - Hering / de cujus aurea colica vid. epist. *Febrii* nostri. (q)

At quis enarrabit singulos?

Wolfhelmus, Abbas Fuldensis XXVII, quo de *Browerus*, (r) & *Fabricius.* (s) In rescripto *Formosi* Papæ ad Adalgarium Archi-Episcopum, super Bremensi Ecclesia Coloniæ suffraganea, (t) inter alios nominatur *Wolfelmus* Mimigermalfurdensis, i. e. Mimigardevordensis, seu Monasteriensis Episcopus. *Wolfhelm*, Abbas Brauwilerensis, quo de in annal. Germ. Bucelin. (u) Wolfhelm,

Wolframus à Grumbach, Episcopus Herbipo- Wolframus
F 4 lica-

(p) id. Taubmann. loc. citat. 410. (q) apud Th. Bartholin. C. III. epist. num. 69. (r) L. IV. Antiq. Fuld. p. 295. (s) in gloria Fuldæ p. 110. seq. (t) vid. Syllog. veter. diplomat. ad M. Adam. illustrandum Cl. Maderi p. 200. (u) ad ann. 1059.

litanus. *Wolfrannus*, Senõſenſis Epiſcopus, pius & doctus. *Wolframus*, Epiſcopus Friſingenſis. *Wolframus*, Comes Kirchbergenſis, Abbas VVerthinenſis & Helmſtadienſis. *Wolfram* Dapifer de Dornsberg, poſtea Abbas S. Michaëlis Bambergæ: *Wolframus* è monacho Reinhardifontano Abbas Admontenſis XVIII. (w) *Wolframus* monachus Fontanellæ. (x) *Wolframus* de Werten Comes, reperitur inter teſtes 1150., *Wulferami* militis audaciam narrat Ditmarus. (y) *Wolframus* Nellenburgicus, Ordin. Teutonici per Germaniam Magiſter anno 1348. *Wolfram* von Eſcherbach. (z) *Wolframus* Emanuenſis ſubſcripſit traditionem bonorum in villa Gohhuſa. (a) *Wolframus* aliquando confunditur cum *Wolfgango*, ut in catalogo Abbatum S. VValpurgæ in ſacra ſylva, ubi nullus reperitur *Wolframus*, VVolfgangus verò Abbas ſecundus erat. (b)

Wolfard. *Wolfhard*, Epiſcopus Auguſtanus. *Wolfart* Baro à Brandis. (c) *Wolfard* de Veris Capitaneus. (d) *Wulfard* Baro de Börſel. *Wolfhard* de Erlpeck. *Wulfardus* Pogwiſch/ Conſiliarius Holſaticus. *Wolfard* Berchtolsdorfer. (e) *Wolfre-*

(w) Bucelin. l. c. p. 2. (x) l. c. ad ann. 700. (y) in chron. Merſeburg. l. VI. pag. 127. (z) colloqu. menſtr. ann. III. p. 915. & 923. (a) l. II. Antiquit. Fuldenſ. p. 498. (b) vid. fundat. quorundam German. monaſterior. Anonymi Benedictini annex. Adamo Bremenſi à Cl. Madero p. 290. (c) Kranz. l. IV. Metrop. c. 8. (d) id. l. XII. Sax. c. 25. (e) Aventin. l. VII. annal. p. 491.

VVolfredus Anglus & Martyr. (f) *VVolfridus* Abbas. Vide etiam Regin. (g) *VVolfredi* Advocati, qui repentina & miserabili morte periit, lege sis antiqua scholia in M. Adam. Bremens. (h) *VVolfrad* Sengvverd, philosophus clarissimus. *VVolfradus*, Comes Veringensis, Pater Hermanni Contracti. (i) *VVulfradus* Hilderici major domus. (k) Wolfredus, Wolfrad

VVolfing. Thor, *VVolfhardi* Aldenburger & *VVolfhardi* Offensteter meminit *Aventinus*. (l) *VVulfing* VVinder. (m) Wolfing

Osvvulf, filius Eadvverti, Regis Northumbriæ in Anglia. (n) Oswulf

VVolfbertus, Abbas Althæ inferioris. Wolfbertus,

BeernWolf Episcopus Herbipolitanus II. Beernwolf

VVolfgerus, Antistes Herbipolitanus VI. *VVolfgerus* de Ellenbrechtskirchen, Episcopus Passaviensis, deinde Patriarcha Aquilejensis. Wolfgerus

VVolfstriegel, Episcopus Veronensis, subscribit diploma Henrici IV. Imp. de Comitatu Bernhardi in Emescovva & VVestfale anno 1097. Wolfstriegel

VVolfoleon, seu *VVolfleos*, Episcopus Constantiensis XXVI. (o) Wolfoleon

VVolfprecht Abbas. (p) Wolfprecht

VVolfbold, Episcopus Veronensis. *Wolfboldi* Ducis Wolfbold

(f) Ad. Bremens. L. II. H. E. c. 44. (g) ad ann. 752. (h) ad. p. 82. num. 46. (i) in chron. ad an. 1052. (k) Sigeb. Gemblacens. ad ann. 667. (l) L. VII. annal. p. 466. (m) Bucelin. geneal. German. notit. p. 165. (n) Calvis. chronol. ad ann. 758. (o) Vorburg. Vol. XI. Hist. p. 65. (p) Idem Vol. X. p. 33.

Ducis meminit Gobelinus Persona. (q) Alius hujus nominis Abbas Admontensis. (r) In fundatione monasterii Petrini, quod Erfurti, & cujus Autorem faciunt Dagobertum, ministeriales inter reperitur *VVolfholdus*. (s) *VVulvold* de Goleviz ceu testis est in diplomate anno 1226. *VVulfold* Blomius, Præpositus XX. cœnobii, Prezensis Ordin. Benedict. monialium in Holsatia. *VVulfold* quo de Calvis. (t)

Ethelwolf Wolfmund Wulfarius Wolfaicus, Wulfinus, Liuphramnus, Lupicinus, Lupoldus, Lupentius,

VVolfaldus, Dux Austriæ. (u)
Ethelwolf, Rex Angliæ. *Cunevvolf*. (w)
VVolfmund. (x)
VVulfarius Saxo, Episcopus Mindensis IV. (y)
VVolfaicus presbyter, cujus meminit Andr. Brunner. (z)
VVulfinus Capitaneus Hussitarum. (a)
Liuphrammus, seu *Luipramnus*, Episcopus Salisburgensis.
Fl. *Lupicinus*, Cos. Roman. AM. 4316. & alius pius Vir.
Lupoldus, Episcopus Tarvisianus. Alius hujus nominis compilavit epitomen de rebus Germanorum veterum.
Lupentius Abbas. Basilicæ S. Privati Martyris, urbis Gabalitanæ.

Luper-

(q) Cosmodr. ætat. VI. cap. 36. (r) Bucelin. Germ. sacr. P. II. pag. 2. (s) vid. fundat. quorundam monasterior. Germ. chron. Mont. Sereni annex. à Cl. Madero p. 274. (t) Chronol. p. 615. (u) Vorburg Vol. VIII. pag. 314. b. (w) Calvis. l. c. p. 633. 2. (x) L. II. Antiquit. Fuldens. pag 520. (y) Adde Vorburg. Vol X. p. 361. (z) in Bojicis Part. I, lib. 5. num. 5. (a) compilat. chronol. ad ann. 1434.

n.

Lupercus Berytius, Grammaticus apud Suidam, floruit paulò ante tempora Claudii II. Cæſaris. Lupercus.

Lupanus, vir doctus & Hiſtoricus. Lupanus,

Lupilii olim multi in Italia. Lupilii,

Lycophron unus è ſeptem poëtis, quibus Plejades nomen à numero tribuitur, à Ptolomæo Philadelpho receptus; Scripſit tragædias complures. (b) Lycophron.

Lycurgus Spartanorum Legumlator; & *Lycurgus* Rhetor Athenienſis, ſcripſis orationes XV. Lycurgus

Lycotragus (nobilis Conſiliarius Lignicenſis) vixit anno 1546. *Wulfhildis* filia Magni Ducis Saxoniæ nupſit *Welfoni*. (c) Alia ejusdem nominis *Rudolfi* Bregantini Comitis uxor, (d) Alia mater *Henrici Leonis*. (e) *Ulvilda*, Regis Danorum Hardingi filia, privato cuidam *Guthormo* denupta. (f) Lycotragus Wulfhildis Ulvilda

§. 6. Sequuntur cognomina *lupina*, & quidem ſimpliciter, vel *ſine addidamento*. Cognomina ſine addidamento

Henricus *Wolf*, Epiſcopus Monaſterienſis XL. Wolff/

Arnold II. à *Wolf*, Abbas Corbeienſis XLIII.

Iſo de *Welpa*, Epiſcopus Ferdenſis XXXI.

Bernhard. de *Welpa*, Epiſcopus Magdeburgicus XXVI. (g)

L. B.

(b) Fricſ. in biblioth. philoſoph. ad AM. 3690. (c) T. II. rer. Germanic. Meibom. p. 514. (d) Chron. Abbat. Urſpergenſ. p. 211. (e) chron. Alb. Stadenſ. p. 150. b. (f) Saxo Grammatic. L. I. Hiſt. Danic. c. f. (g) Conf. de hac familia extincta Hamelmannum & alios.

L. B. Metternichtii, dicti Wölffe/ è quibus modernus Antistes Padebornensis est.
Sigmund. à *Wolf* & Unchrist in Weidenbach.
Adolfus à Wölffen.
VVilhelmus à Ludinghusen dictus Wolff.(h)
Eustachius à Wolffen/ cujus uxor scirrhosam habuit mammam. (i)
Nobiles Saxonici & Silesii die Wölffe.
M. Carol. Wolff/ Dn. Henrici, S. R. I. Principis, Burggravii Misnensis & Co[illegible]tis in Hartenstein, ac Domini in Plauen &c. Ecclesiastes aulicus. Hieronymus Wolff/ Superin. Mülhusæ. Tobias Wolff/ Diacon. ibid. ad S. Blas. postea Superintendens, obiit 1671. Joh. Wolff/ Canonicus B. Mariæ & S. Severi Erfurti. Johannes & Ambrosius, nec non Martin. Wolff/ Theologi Thuringi, M. Joh. Christoph. Wolff/ Ecclesiæ Æmylianæ Pastor, Henricus Wolff/ past. Schönaviensis. Salomo Wolff/ S. Th. Candid. Nicol. Wolff Kivitzensis obiit 1615. M. Jeremiæ Vogelmeyern/ parocho nequam servus Matthias Wolff/ ovem abstulerat, in quem ita Poëta:

Captat ovans lupus, *& reseratum claudit ovile,*
ô vis! *sed frustrà vociferatur* ovis.
Hoc est, *Pastor ait*, catulos *aluisse* luporum;
Sed fuit, *est & erit* triste lupus stabulis.

Sebastianus Wolff/ J. U. D. & Advoc. ordin. Camer. Imper. Spirens.

Godo-

(h) Neumarck im sprossenden Palmbaum/ c. 8. p. 276. (i) Salmut. C. II. obs. 34.

Godofredus Wolff / U. J. L. Consiliarius Hatzfeldicus.
Johann. Wolff/ U. J L. Consiliar. Palatinus.
D. Wulff / Commissarius Regis Sveciæ, cui nomine Potentissimi sui homagium præstitit Höxaria anno 1633. d. 2. Septemb.
Jacobus Wolff / U. J. C.
Conrad. Wolff / edidit erotemata juris.
Hieronymus Wolff / JCtus. Ernest. Christian. Wolff/Ferrariâ-Thuringus. Joh. Christian. Wolff / Magdebornâ-Misnicus, Nor. Publ. Cæsar. Jenæ sub moderamine *Mülleriano* disputavit anno 1680. de *persecutione luporum*. Carolus Wolff / Secretarius Illustrissimorum Dominorum Ruthenorum. Stephan. Wolff/ rei metallicæ Islebii à Senatu Norinbergensi olim præfectus. Integras familias *lupinas* habet Numburgum, è qua *Justinianus* J. U. D., qui ceu Academicus anno 1667. sub præsidio Thomasiano de *nominibus & insignibus lupinis* Lipsiæ disputavit, cui *Fridericus Rappolt*, Poëf. ibidem Professor, hoc posuit monumentum.

Quid Martiales *ferre te in scenam* lupos,
*W*olfi, *videmus, lemma atrox & horridum,*
quid disputare nomina atque insignia,
quem mitiorem novimus dudum ipsâ ove?
nempe hoc lupinum *possides unum*, Lupe,
non indecorum nomini & sapientiæ
quam rege captas inclito Thomasio,
non arte nostra (*si quid artis ad tuam*

tulimus

tulimus juventam) non tua indignum fide;
blandus, modestus, comis, aequus cetera;
humanitate mirâ & ingenio probo,
ovinus intus, efferus tantum foris,
rapaxque solo, quod tueris, nomine,
Pseudopropheta penitus, inversus tamen.

D. Johannes Wolff/ celebris in Hassia Medicus, secretum suum contrà dolores hæmorrhoidum cœcarum Ludovico Seniori, Hassiæ Landgravio, toties rogatus revelare noluit, priusquam Princeps ipsi annuatim bovem saginatum promitteret: quâ promissione factâ non tantùm herbam *linariam* ei monstravit, sed quoque addendo versiculum vulgarem, differentiam hujus ab esulâ patefecit, nimirum quòd

esula *lactescat, sine lacte* linaria *crescat.* (k)

Andreas Wolff/ Philos. & Med. D. & Physic. Schmalkaldensis.

Jacob. Wolff/ Phil. & Med. D. ac Prof. Publ. in illustri Universitate Salana, Amicus candidissimus, in quem nervosè *M. Jacobus Crellius*, Pastor & Adjunctus Rodanus, Amicus colendus;

Jacobus Wolfius, Medicinæ Doctor
& Professor.
ἀναγρ:
Curatne lupus fido corde oves morbos?
Io! facit eis.

VVol-

(k) Gregor. Horst. L. IV. observ. medic. 43. p. 287.

Wolfiada nomen dum secum expendit amicus,
infit: *curat ovesne* lupus *fido* iste gravesque
morbos corde? sonat mox inde responsio grata:
Jo! facit istud *eis*, nam dexteritate fideque
insigni, placidâ tractat mente & juvat omnes.
Pergat ita, ac sanis sit fidus amicus & ægris,
morborum *lupus* est, maneat destructor & hostis!

Curiosus hic *Socrates* nunquam aviti nominis recordabitur, vel insignia sua contemplabitur, quin Deo agat gratias, qui abavum, nî fallor, *Neumann* dictum, in speluncam feræ cùm admodum puer esset, illapsum, à faucibus horrendi animantis incolumem reduxit. Ab illo die dictus est *Wolf*. (l) Ipse optimus amicus in nuptiis M. *Caspari Neumanni*, Aulæ Altenburgensis Concionatoris, ita cecinit: Wolffi Numburg. olim dicti Neumanni.

Communi tecum stemmati patrio
cognomen olim, sponse, fuit meo:
istud velut seros nepotes
nos atavi docuêre nostri.
Contraxit autem nomen id à lupo
blandi parentis filius unicus:
lucum pererrans Sole cassum,
menteque quid recolens profundâ,
in cryptam opertam frondibus undique,
prædantibus quæ structa lupis *erat,*
præceps ruit: quis terror inde?
cum reperit fovea retentum.

M. Jo-

(l) Vid. cit. disp. Justinian. Wolfii §. 66. M. Joh. Georg. Neumann/ de cognominum origine §. 20.

M. Johannes Wölfing, Prof. Publ. in Gymnasio Casimiriano ad Itzam, Doctor meus fidelissimus. Cornelius Wulff/ Scholæ Neoburgicæ in Fionia Rector, disputavit Soræ pro gradu Magisterii anno 1664. M. Michael Wolff/ Ratisbonensis, Logices & Metaph. PP. Jenæ. Laudes ejus candidè dixit *M. Andreas Wilckius*, Gymnasiarcha Gothanus. (m) Pater ejus fuit *Johannes Wolf*, Vinariensis, Rector Scholæ patriæ, postea Ratisbonensis, & tandem iterum Vinariensis, ac Consul ibidem. Hieronymus Wolff/ Gymnas. Mülhusini Rector. *Joh. Wolf* Tabernæmontanus, lectionum memorabilium compilator, obiit anno seculi præteriti ultimo mensé Majo, cui panegyricum dixit Gregorius Rollwagen/ Tubingæ excus. anno 1610. Johann. Laurentius Wolff/ clarus *Norrigiâ* illustrata, edit. Hafniæ 1651. promsit etiam *encomium regni Daniæ* Hafn. 1654. Hieronymus Wolff/ autor argumenti in tertiam Isocratis orationem. Johann. Wolff/ disputavit anno 1676. VVittenbergæ de *lachrymis sagarum*. Jacobus Wulff/ edidit den Grenedischen Lusthof der Frauen von Villedieu Hafniæ 1675. Pancratius Wolff/ Senator Reipublicæ Numburgensis. Johann Wolff/ Civis Hirschfeldensis. Henricus Wolff/ Consul Höxariensis. Christian Wolff/ bibliopola Francofurti ad Mœnum. Plures *lupos* Germanos dabit bibliotheca

(m) orat. XXX.

liotheca Gesneri. *Lupus* Martyr; Petrus *Lupus*, Carmelita & concionator, (n) floruit seculo superiori. Numisius *Lupus* apud Tacitum (o) Lupi,

- - *laeso doluêre Metello*
famosisq; lupo *cooperto versibus.* (p)

Julius *Lupus* Cos. Romanus AM. 4181. Furius *Lupus* Cos. AM. 4227. Rutilus *Lupus* claruit AC. 90. Jonas *Lupe* S. Th. Stud. Georgius *Lupich*, Theologus reformatus. Fridericus *Lupini* apud Eckstorm. Plures hujus nominis memorat *Glandorpius*. (q) Hieronymus *Lobo* citatur ab Illustri nostro *Ludolfo*. (r) Leonhard *Lycius* PP. Lipsiae. Proclus *Lycius*, antiquus Philosophus, è cujus schola prodiit Ammonius, Filius Hermiae. Lycii, A. *Hirtius* Cos. Roman. AM. 3097. *Hirpini* populi sunt, de Hirpini, quibus è Servio eleganter *Justinianus* Wolff. (s) Soractis, ait, est mons *Hirpinorum* in Flaminia collocatus. In hoc autem monte cùm aliquandò *Diti* Patri sacrum persolveretur, (nam Manibus consecratus est,) subitò venientes *lupi* exta rapuerunt: quos cùm diu sequerentur, delati sunt ad quandam speluncam, halitum ex se pestiferum emittentem, ideò ut juxta stantes necaret. Exinde est orta pestilentia, quia fuerant *lupos* secuti; de qua responsum est, posse eam sedari, si *lupos*

(n) Opmeer chronograph. p. 862. (o) L. I. Hist. I. cap. 79. (p) Horat. L. II. Sat. I. v. 293. (q) Onomastic. p. 754. seq. (r) in proœm. hist. Aethiopicae §. 11. & L. III. n. 9. (s) disp. cit. §. 18.

imitarentur, i. e. rapto viverent. Quod postꝫ eaquam factum est, dicti sunt ipsi populi *Hirpini Sorani*. Nam *lupi* Sabinorum lingua *Hirpi* vocantur. *Sorani* verò à Dite. Nam Ditis pater *Soranus* vocatur, quasi *lupi* Ditis patris. Unde memor rei Virgilius Aruntem (ad cujus preces hæc *Servius* commentatur) paulò post (vers. 811.) comparat *lupo* qs. *Hirpinum Soranum*. Eas familias *Hirpinas* vocat Plinius, (t) *Hirpos* Solinus. (u) Georg Seibick / Jurisprudentiæ cultor. Vox ista Lapponibus *lupus* est. (w)

Seibick

§. 7. Cognomina *cum additamento* sunt: Maximilianus VVilibaldus, S. R. I. Dapifer hæreditarius, Comes à *VValdburg* & *VVolfeg*, cujus genealogiam dabit *Bucelinus*. (x) Henricus I. Comes à *Wolfratshausen*, Episcopus Ratisbonensis, obiit anno MCLV. (y) Otto, Comes *Wolfratshusanus*, condidit monasterium Diesense. (z) Agnes, Comitissa à *Wolfratshausen*, reformat monasterium Virginum Admotense. (a)

cognomina cum additamento. Wolfratshausen,

Celebres sunt Comites *VVeisvvolfii*, è quibus David Ungnad, S. Cæs. Majestatis Consiliar. intimus & Præses Cameræ aulicæ.

Weisen wolf.

De *Uhlfeldiis* dictum est suprà. (b)

Uhlfeldii,

Otto *Wolfskehl*, Episcopus Herbipolitanus LI. sedi-

Wolfskehl,

Capitolio visi & à canibus fugati. (x) Formiis duo oppidum ingressi obvios aliquot dilacerarunt. (y) Et Capuæ *lupus* nocte ingressus portam, vigilem laniavit. (z) — in Capitolio visi, vigilem laniat.

§. 3. Anno ab urbe condita DCXXVII. Q. Cæcilio Metello & T. Quinctio Flaminino COSS. Carthago in Africa restitui jussa, vigesimo & secundo demum anno, quàm fuerat eversa, eductis civium Romanorum familiis, quæ eam incolerent, restituta & repleta est, magno ante prodigio præcedente. Nam cùm mensores ad limitandum Carthaginensium agrum missi, stipites terminorum indices fixos, & nocte à *lupis* revulsos mordicus corrososque reperissent, aliquamdiu hæsitatum est, utrum Romanæ paci expediret, Carthaginem reformari. (a) — lupi stipites arrodunt.

§. 4. In urbe Constantinopolitana anno MDLII, gregatim cursitabant *lupi*. (b) De bello à Romanis in Gallos gesto refert *Livius*, (c) cùm instructæ acies starent, cerva fugiens *lupum* è montibus exacta, per campos inter duas acies decurrit; inde diversæ feræ, cerva ad Gallos, *lupus* ad Romanos cursum deflexit. *Lupo* data inter ordines via, cervam Galli confixere. Tum ex antesignanis Romanus miles | *illàc*, inquit, *fuga & cædes vertit, ubi sacram Dianæ feram jacentem videtis. Hinc Victor* — lupus ad Romanos fugit.

(x) Idem L. III. c. 29. (y) id. L. XXXII. cap. 29. (z) idem L. XXVII. c. 39. (a) Vorburg. Vol. III. Hist. p. 577. (b) Fincel. Part. I. pag. 97. & Part. II. p. 101. (c) L. X. c. 27.

Victor Martius lupus *integer & intactus gentis nos* Martiæ *& conditoris nostri admonet.* (d)

lupus intrat templũ §. 5. *Meinhard. à Lüchtringen*, Cænobita Corbeiensis, narrat, aliquando preces inter matutinas *lupum* intrasse templum. Erat frigus sævissimum, ait, omnesque fluvii longè lateque stabant glaciati, sæpius noctu è pomario ululantes audivimus *lupos* in vicino Sollingo. In ipso festo trium Regum inter sacra matutina post tertiam senex *lupus* è sylva per Wisara & pomarium nostrum improviso ingreditur Ecclesiam, stans ante chorum in medio ejus. Cumque psallentes diu adspexisset fratres, iterum exiit nemini nocens, nisi quod anserem in angulo adhuc dormientem secum abstulerit. Eopse autem die circa vesperum puerum Fürstenbergâ Lüchtringam iturum devoravit integrum. Vixit autem iste Meinhartus sub *Wittekinde Spigelio* Abbate XXX. circa AC. MCC. (e)

lupi cũ tauro pugna §. 6. Addo, quod Plutarchus habet (f) de *Danao*, qui cum primùm Argolicam regionem attingeret, forteque *lupum* cum tauro congredientem videret, *lupi* omen ad se, qui more *lupi* peregrinos adoriretur, pertinere ratus, finem pugnæ expectavit. Cumque *lupus* superior discessisset, ipse simili fortunâ usus est. De signo Martis ad simulacra *luporum* sudante *Livius* L. XXII. c. 2.

(d) Conf. Phil. Caroli animadvers. in Curt. l. IV. n. 2.
(e) in compendio mirabil. (f) in Pyrrho f. 359.

PARS TERTIA
AGIT
DE USU LUPI POLITICO-SAGATO.
CAPUT UNICUM
DE USU LUPI IN CASTRIS, PROELIIS ET VEXILLIS.

§. 1.

ROmanos pro ſigno militari uſurpaſſe *lupum*, & alia animalia, teſtantur *Plinius*, (g) *Roſinus*, (h) *Henricus Salmut*, (i) *Maſenius* (k) & alii, quia Martii pueri à *lupa* nutriti, ſeu quòd in tutela Martis hoc animal eſſet, eique dedicatum. In bello, quod *Maximilianus* cum Helvetiis gerebat, magno agmine in gentem iſtam ſæviebant *lupi*, ſcribente *Hedione*. (l) Ideo conſtituebatur, ut viſo *lupo* ſignum campanâ daretur, quô communi opera exſcinderentur. lupus ſignum militare lupi pugnant contra Helvetios.

§. 2. Inter plurima prodigia, quæ infauſtum iſtud Electoris Saxoniæ Joh. Friderici, prælium cum Carolo Quinto geſtum præcedebant & comitabantur, etiam hoc fuit, quod miles Cæſareanus *lupum* è ſylva proripientem infauſti prælii prodromus.

eodem

(g) L. X. c. 4. (h) L. X. A. R. c. 5. p. 1568. (i) in not. ad Panciroll. l. I. memorab. tit. 42. pag. 277. ſeq. (k) in ſpecul. imag. veritatis occult. 27. n. 2. (l) chronic. p. 652.

eodem die ferro confecerit, notante D. *Sagittario*. (m)

Lupus Assebur giorum punitus. §. 3. Qui Albertus Brunsvicensis contemtum sui ultus sit, Kranzius (n) ita narrat. Albertus Princeps modestus, & animo satis tranquillus, aluit per mansvetudinem quorundam suorum militarium audaciam. Nam qui de *excelsa arce* traxêre nomen, ut de *Asseborg* dicerentur, ministeriales, in id temeritatis sunt provecti, ut Ducem suum non modò contemnerent, sed quibusdam etiam in rebus contumelia non abstinerent. Insigne eorum, quod clypeis præferebant, *lupus* erat, cum interim Principes Brunsvici geminos à memoria *Henrici Leonis* in clypeo præferebant leones, quos ille ex Anglia referebat. Ut autem contemtum animi sui facto proderent, in clypeis figurabant *leonem*, cujus tergori *lupus* immineret. Ea res cùm non esset obscura, neque interpretatû difficilis, movit tranquillum Principem, quod contemtui sui junxissent facti contumeliam. Itaque Leo per aures tractus expergiscitur: arma producit in contemtores, & obsessa diu arce *Asseborg* oppugnataque tandem expugnavit, & ejectis illis inexorabiliter de terra, arcem sibi suisque juribus desumsit habitandam. Vix tandem exulantes ipsi per amicos impetrarunt, ut ad oppi-

(m) in hist. Joh. Friderici edit. Jenæ 1678. thes. 20. p. 47. (n) L. VIII. Saxon. cap. 21. Spangenberg. chron. Saxonic. c. 259.

oppidum *Brakel* finerentur commanere. Refer hoc ad *caput 3. Part. II.*

§. 3. Leonhardus Sperber/ Equitum Magister, retulit mihi olim, Philippum Wolffer/ Chiliarcham, in vexillo semper gestasse *lupum* tauro insidentem, cùm hostem *Offenburgium* devicisset feliciter. Inde nonnemo: lupus tauro insidens

Der Wolf sitzt auf dem Ochs/ den er nu
reiten kan/
Führt das Spectacul doch herummer auf
dem Plan.
Sieh nu du Ochsenkopff/ wer dir nu-
mehro trau/
Der Wolf/ das listge Thier/ ist warlich
dir zu schlau.

Alius Vice-Colonellus pro signo habuisse dicitur *lupum*, ore tenentem *lucium* piscem. Quid eô designâris, ex cantilena militari facilè colliges. & ore tenens lucium.

Der Wolff der frist den Hecht/
der Herre wird zum Knecht.
So gehts/ wenn man stoltzieret/
sein Sach vermessen führet/
und plumpt in Tag hinein/
laß dirs ein Warnung seyn.
Witz/ Witz gehört zum kriegen/
sonst muß man unten liegen/
und wird des Feindes Hohn/
Hanß Ohnhirn bleib davon.
Verstand und Muth beysammen
sind der Soldaten Ammen/

ihr

Ihr Helm/ ihr Schild/ ihr Zelt/
dadurch man siegt im Feld.

lupus mammis virgineis applicatus §. 4. *Meinhartus à Lüchtringen*, nobilis cœnobita Corbeiensis, narrat: (o) Spolia inter Polonorum repertum fuisse vexillum, in quo formosa virgo depicta, quæ *catulum lupinum* à mamma dependentem habuit. Quô significare voluerunt tyrannidem Tattarorum, qui veluti feri *lupi* pulcherrimam Poloniam exsugere voluerunt. Sic ille. Vide, si placet, quæ de Bogislao, Poloniæ Rege *catulos caninos* ad ubera mulierum, abjectis infantibus, applicante, retulimus & illustravimus alibi,

lupus emblema militis, (q) In oratione quadam Gymnastica M. *Michaelis Vranii* (r) ita: Dux ille more Romano in signo militari præferri jussit *lupum*, ut roboris & perspicaciæ (s) moneretur miles, fortiter & prudenter cuncta ageret. Utraque enim virtute bestia hæc celebris est. Certè *robur* & *mentis perspicacitas* docentes pariter & discentes commendat singulariter. Idem in *laudibus familiæ VVolfianæ*, ex qua conjugem sibi elegerat, ita infit?

& boni Viri, Proavus vester semper in acie *lupum* habuit secum, hostis terriculamentum, & memoriale multarum virtutum, quarum didascalus ille est. *Visû* pollet lupus acutissimo. Oculi sapientis in capite sunt. (t) *Odoratus* ejus eximius

(o) in compendio mirabilium, (p) L. III. Vandal. cap. 12. (q) in der zeitkürtzenden erbaulichen Lust/ num. 20. pag. 58. seq. (r) habit. Hirsfeldiæ anno 1571. (s) S. I. cap. 2. §. 5. & 6. (t) Ecclesf. II. 14.

mius. Odoramini bonum istud optimi Sponsi unguentum. (u) Gustate & videte, quàm svavis sit Dominus! (w) *Ingeniosa* bestia *lupus*: & nos simus prudentes. (x) *Forte* animal *lupus* est, licèt rapax. Simus *Andreæ*, si velimus esse *Macarii*. Sufferte afflictiones in spe & silentio. (y) Quis enim unquàm factus est Dei servus absque vexatione? (z)

Ingeniosum animal lupus *est: est bestia fortis,*
robur *&* ingenium *militis arma sient.*
Vincimus ingenio imbelles: mens arma ministrat:
Hinc tulit Ernestus Wolfius *usq;* lupum.

Ita *Vranius* noster, Vir candidus & Eruditus.

(u) Cant. I. 2. (w) Ps. XXXIV. 9. (x) Matth. X. 16. (y) Jac. I. 12. (z) Syr. II. 1.



SECTIO TERTIA
Quæ Practica,
seu
MEDICA,
Continens usum Lupi specialem, tàm internum quàm externum.

CAPUT I.
DE USU LUPI IN AFFECTIBUS SUPREMÆ CORPORIS REGIONIS.

§. 1.
In Epilepsia.

(I.) in epilepsia, (1) internè,

CONTRA herculeum morbum varia præsidia *lupus* promittit interne & externè: Cor ejus crematum tritumq; ac potum mirè prodest, etiam cum succo rutæ datum. Et hominem, qui Lunam senserit, canini dentes *lupini* liberant, infit ex Pythagora D. *Levinus Fischerus.* (a) Idem remedium commendant *Schröder.*, (b) *Macasius*, (c) *Sennertus*, (d) *Petraus*, (e)

Petrus

(a) L. III. corp. med. tit. XI. p. 246. (b) Pharmacop. medico-chym. L V. class. 1. c. 25. p. 301. (c) Prompt. mat. med. Lib. poster. Sect. XIII. c. 22. p. 641. (d) L. I. Prax. P. II. c. 31. p. 607. (e) differt. harmon. VI. §. 53.

Petrus Uffenbachius, (f) *VVirsungus*, (g) *Johan. Daniel Mylius* (h) & alii. Circumforaneus pro singulari & infallibili antepileptico multis nobilibus & plebejis vendiderat pulverem suum ex corde *lupino*, ciconiæ & hepate corvino confectum. Pueris dabat à scrupulis duobus ad quatuor, adultis à drachma una ad duas in vehiculo convenienti, nec sine successu. Sanè cor ciconiæ & hepar corvinum *Ignatius Regnans* (i) cum *Macasio* (k) probat. Si Medicus iste apud Plinium, notante *Jonstono*, (l) duos corvos mense Martio è nido sublatos, inque pulverem redactos feliciter propinavit epilepticis, quidnî *hepar* avis eadem polleat virtute? cùm *cerebrum* ejus inter antepileptica reponat *Schröderus*. (m) *Andreas Drenge*, Chirurgiæ studiosus, efficaciam hujus pulveris crebriùs in Livonia experti eximiè prædicabat: observatio

℞. Pulv. antepileptic. Rudolf. Imperat. drachm. duas
cordis lupini scrup. quatuor
lapid. bez. orient. gran. octo. M.

Detur à scrupulo uno ad drachmam unam. Descriptionem pulveris Rudolfi dedit D. Birlingius. (n) *Kilianus Lumm*, acceperat alia, in

(f) in suo herbario Part. III. c. 53. (g) Prax. med. Part. I. c. 12. p. 167. (h) Basil. Chym. L. VII. c. 7. p. 62. (i) in der armen Leute Leib-Medico p. 483. & 721. (k) loc cit. (l) Thaumat. nat. Class. VI. c. XI. p. 242. (m) lib. cit. Class. II. c. 51. §. 2. (n) in append. variar. medicament. Cent. I. adversar.

in puerili ſua ætate à Medico Hamburgenſi hunc:

℞. cranii humani præparat.
coagul. lepor.
cordis lupini
ungul. alcis ana drachmam unam
ſtercor. vaccin. nigr. ſcrup. unum
lap. bez. orient. ſcrup. ſemis
magiſt. perlar.
corall. rubr. præparat. ana ſcrup. unum M.

Doſis ſcrup. unus in aqua picarum. Cranium humanum floccifacimus cum *Eraſto*, (o) *Smetio*, (p) *Caſp. Hofmanno*, (q) & aliis, quicquid contra aſſerat *Helmont*. (r) Ungulam alcis invalidam pronunciat *Crato*. (s) Stercus vaccæ nigræ ſecretum erat Electoris Saxoniæ, teſte *Hartmanno*. (t) Vetula circumferebat hunc pulverem.

alia.

℞. ſangvin. virginis primùm menſtruatæ exſiccat. drachm. ſemis,
ciner. cuculi
cordis lupini ana ſcrup. duos,
unicornu foſſil. ſcrup. unum
margarit. præparat. gr. XIV. M.

Detur cum aqua hirundinum à ſcrupul. duobus

curioſ. annex. cap. 20. p. 113. b. (o) diſp. adverſ. Paracelſ. Part. IV. (p) L. II. Miſcell. c. 52. p. 120. (q) Paralip. officin. Sect. II. c. 19. p. 649. (r) de magnet. vuln. curat. § 51. Conſ. Sennert. L. I. Prax. P. II. c. 31 qu. 13. p. 648. (s) L. VI. epiſt. 24. (t) Prax. chymiatr. c. 9. §. 5.

bus ad drachm. unam in adultioribus pueris. Esus *jecuris lupi* perfectè curat epilepticos. (u) Autor *Archiatri pauperum* (w) commendat pilulas ex adipe *renum lupinorum* in aëre siccat, ad quantitatem pisi, quarum unus tres devoret. *Bernhard. de Doërsted* sœpius dixit, matrem ejus Veronicam multos pueros solo *hepate lupi* à morbo hoc liberasse. (x) *Cor* ad collum suspensum commendant mulierculæ. *Corium lupi* ea parte desumtum, qua spinæ adhæret, duorum digitorum in cinguli forma extra corpus gestatum ex *Jonstono* habet *Macasius.* (y) Fusius id descripsit *Wolfius* noster Jenensis, Amicus candidissimus. (z) Vel *cingulum de pelle ejus* ventri & lumbis circumcingendum pilis exteriùs positis. (a) Alii maluntcingulum *de corio ex capite* & cauda: alii corrigia *pellis lupinæ* ad carnem gestata, vel capiti & fronti circumvoluta. *Oculis lupi lupæq;* [sinistrum vult *Jeremias Martius,* (b)] in aëre exsiccatus, & ad stomachi regionem de collo appensus placet aliis. D. *Weickardus* (c) *dextrum oculum lupi & sinistrum lupæ eligit,* illum appendit musculo, hunc verò feminæ epilepticæ. Notes tamen velim doctas *Velschii* nostri notas. (d) *Dentem* majoris *lupi*

(1) externè

(u) Borell. C. II. obs. 95. (w) p. 313. (x) Isibord. ab Amelunxen in brev. rer. memorabil. ad anno 1083. (y) l. cit. (z) de amuletis Sect. I. c. 2. p. 123. (a) Frid. Hofmann. L. I. Meth. medend. c. 19. p. 286. Adde Bayri vade mecum L. II. cap. 16. (b) obs. med. 59. (c) Sect. 41. der Hauß-Apothecke p. 856. (d) Macas. l. c.

prædicant alii. (e) Alii cum Gesnero svadent *caninos* in superioribus corporis partibus gestatos: aut *dextrum caninum* & linguam tostam. *Fel lupi* cum moscho in exordio & exodo mensis naribus inditum.

§. 2.

(2.) in cephalalgia

In Cephalalgia.

Contra *dolorem* ex *crapula* Venatoris istud experimentum commendatur à *Macasio*, (f) scilicet *hepatis lupini* pulvis. In antiquo codicillo hoc nuper reperi electuarium & morsulos:

℞. Conserv. flor. salv. & betonicæ ana
Unciam unam, seu duas,
Cortic. aurant. condit. unc. unam
lupi hepat. drachm. quatuor,
flor. anth. drachm. unam
f. c. syr. betonic. electuarium.

℞. Pulv. semin. carvi
Cinamomi optimi
nuc. mosch.
sem. Coriandr. præp. ana scrupul. unum,
ciner. *capit. lupin*. drachm. duas,
sacch. alb. in aqua verben. & salv. solut. f. morsuli.

observ. Parochus paganus in pertinaci cephalalgia ex æstu Solari orta feliciter usus est succo pyrorum sylvestrium expresso, addito *sanguine* leporino

(e) Petra usl. a. (f) lib. cit. Sect. XIII. c. 6. p. 583.

porino aut *lupino*, seu (in defectu utriusque) aliquot guttul. olei laurini vel juniperini. Hoc liquore pannos linteos imbuerat fronti applicandos. Poma, seu pyra & sylvestria, cum baccis lauri contusa & destillata eodemque modo applicata, mirabilis efficaciæ sunt, teste *Birlingio*. (g)

§. 3.

In delirio melancholico.

(3.) in delirio melancholico

Prodest cerebrum & *cor lupi* (assatum) comestum. D. *Schopfius* communicavit mecum hoc unguentum:

℞. ol. chamomill. & violar. ana unciam unam.
axung. human.
vulpin. (seu capon.)
lupi ana drachm. duas F. unguentũ.

Quo dorsum melancholici ungas è balneo exeuntis.

§. 4

In vigiliis nimiis.

(4.) in vigiliis nimiis

℞. Sevi caprin.
pingued. lupin. ana unc. sem.
sordium ex auribus asininis scrup. quatuor
ol. papav. alb. drachm. unam f. liniment.

linimenta.

Unge eô tempora & plantas pedum.

(g) in append. medicamentor. Cent. citatæ affix. cap. 24. p. 179.

℞. balsam. aneth. drachm. sem.
adip. lupi scrup. unum
laudan. opiat. correct. gr. IV. M.

Erasmus Fadull utebatur hoc:

℞. Unguent. alabastrin. drachm. duas
ol. viol. & papav. ana drachm. duas
amygd. dulc. unc. sem.
adip. lupin. drachm. tres,
ess. croci gr. X. M.

unge plantas & tempora.

(5.) in vertigine.

§. 5.
In vertigine.

℞. balsam. rutæ drachm. duas
pingued. ciconiæ drachm. unam
spirit. lil. convall. scrup. unum
sangvin. lupin. gutt. XXIV.
sterc. pavonis scrup. unum M.

electuar. ℞. rad. auricul. ursi & doronici ana scrup. quatuor
sem. cymini rom. præp.
cerebri lupi exsiccat. ana drachm. duas
cardamom.
nuc. mosch.
piper. long. ana drachm. unam
F. cum syrup. aurant. electuar.

Johann. Rabenau, Med. Cand., sibi ipsi præ-
pulvis scripserat hunc pulverem.

℞. Rad. doronici præp. drachm. unam
stercor. lupini & pavonin. qua scrup. duos
succin. alb.

magist.

magist. corall. ana gr. XVI.
sem. coriand. præparat. drachm. sem.
ol. stillat. majoran.
salv. ana gutt. duas
sacch. perlat. ad pond. omnium.

Detur ad drachm. unam in aqua ceras. nigr. flor. tiliæ seu lavendul.

§. 6.

In incubo.

(6.) in incubo.

Inter topica hujus morbi refert Excell. D. *Dolaus*, (h) axungiam *lupi*: Pellem *lupinam* pro tegumento capitis, seu cingulum ex ea factum dentemque ejus pro amuleto exponunt *Frid. Hofmann*; (i) *Macasius*, (k) *Bald. Ronseus* (l) & *Ruttorf.* (m) Alius usurparat hoc electuarium:

℞. Conserv. salv. & meliss. ana unc. unam — elect.
coriand. præparat.
cord. lupin. ana drachm. tres
spec. diacinam. & dianis. ana drachm. unam
sem. pœoniæ drachm. unam
sal absinth. scrup. unum
f. cum syrup. pomor. electuar.

Nicolaus Apffel/ in forma pulverum & elect. idem cor vorârat, sœpius corpus radice jalappæ (quam Excell. *VVedelius*, (n) specialiter — observ.

I 5 com-

(h) L. I. Encyclop. med. c. 13. p. 232. (i) lib. & cap. cit. p. 289. (k) lib. & sect. citat. c. 20. p. 636. (l) venat. med. p. 32. (m) disp. de incubo habit. Jenæ 1665. (n) in disp. de Gialappa c. 6. p. 24.

commendat) & trochiscis alhandal; purgans.

(7.) in paralysi.

§. 7

In paralysi.

Cerebrum lupi Lunâ crescente exemtum, ritè præparatum, & suo tempore datum, longè efficacius in paralysi quàm leporinum, ait vetus manuale medicum. *Justus Borck*, in usu habebat sequentia:

elect. ℞. Conserv. fl. anth. & fl. tunic. ana unc. unam & sem.
cond. calam. aromat. drachm. sex
nuc. mosch. unc. sem.
cord. lupini drachm. tres
spec. diambr. drachm. unam
cum syr. card. bened. f. electuar.

unguent. ℞. Unguent. de cato Foresti unc. unam
pingued. homin.
lupi ana unc. sem.
spirit. salv. drachm. unam M.

aliud ℞. Unguent. nervin. Augustanor. unc. unam
ol. lumbricor. unc. sem.
still. salv.
juniperi
succin.
caryophyll. ana gutt. IV.
pingued. lupi
castor. ana drachm. unam,
f. s. a. unguent.

℞. *axung.*

℞. *axung.* canis aliud
lupi
cati sylvestr. ana unc. unam & sem.
ol. chamomill. unc. tres M.

adde lumbricos terrestres bene in vino lotos, coque in prunis leniter, exprime & serva ad usum. Etiam *oleum lupinum*, si scilicet partes aliquæ animalis, vel in oleo lini, seu olivar. decoquantur, voto meo aliquoties satisfecit, scribit in manuali suo *Philippus Jacobus* Dürrwald/ Practicus suo tempore non incelebris.

§. 8.

In suffusione & lippitudine oculorum.

(8.) in suffusione & lippitudine oculorum.

In cataclysmo oculorum ex Oppiano & Sexto promit Fischer. (o) *oculum lupi dextrum*, si in dextro labores; sin: lævum: & linimentum ex *stercore lupino*, seu cinere ejus cum melle attico mixto. Fel stillatitiis aquis rosarum & chelidonii additum claritatem oculis inunctum facit. D. *Frideric.* Fuchs/ Archiater celeberrimus, usurpavit in nubeculis oculorum sequens.

℞. Aqu. eufras. aqua
fænic.
satur. ana unc. unam
fellis lupini unc. unam
æris usti drachm. unam & sem.

myrrhæ

(o) L. III. corp. med. tit. 18. p. 308.

myrrhæ drachm. unam
gummi tragacanth. drachm. duas
diſſolv. in aqua pluvial. & in phiola in loc. calid. ponant. pro nubecula abſtergenda. Alius in viſu debili uſurpabat liquorem hepatis muſtelæ piſcis cum tantillo *adipis lupinæ* mixt. Quî verò præparetur iſte liquor, dicet Nobiliſſ. *Güldenklee.* (p)

℞. *fellis lupini*
vultur. ana drachmas duas,
ſangvin. muris minor. domeſtici drachm. tres
M. cum lacte muliebri & utere in ſuffuſione.

Ludimoderator paganus in incipiente hoc affectu, præmiſſis univerſalibus, ſequens laudabat collyrium à Judæo ſibi datum:

℞. capit. hirundin. domeſtic. drachm. unam & ſem.
collyria *fellis lupin.* drachm. duas
myrrh. elect. ſcrup. ſem.
mellis deſtillat. q. ſ. pro collyrio.

Johannes Georgius Schmidius M. L. & Phyſicus in Regio Franconiæ monte Jeſuitæ Herbipolitano in viſus debilitate præparabat medicamentum ex *hepate lupino* & hircino, ad modum, quem præſcribit Sennertus. (q) *Axungia lupi* etiam lippitudini medetur.

§. 9. *In*

(p) L. I. caſ. medic. 25. (q) L. I. Prax. Part. III. Sect. 2. c. 44. p. m. 873. (r) Schröd. l. c.

§. 9. (9.) in dolore & tinnitu aurium.

In dolore & tinnitu aurium.

Vrina lupi auribus instillata dolorem tollit, vermes necat & ulceribus earum subvenit. D. *Hieronymus* Weisbrot/ pingvedinem *lupi* cum oleo corylino miscebat, adjectis quatuor seu quinque granis mercurii dulcis. Quô vermes elicebat. Capuccinus plebejis dabat urinam asinæ primiparæ, leporis masculi & *lupi*, vel, in defectu hujus, capræ omninò albæ. Hanc in cochleari super prunis mixtam, additis guttulis aliquot olei stillatitii carvi, tepidam sensim instillat tinnientibus auribus. Consilium haud adeò ineptum. Quid enim horum animalium urina tali in affectu valeat, alibi diximus, (s) & adhuc dicetur prolixiùs. (t) Confer Amplissimum *Tulpium*. (u) De urina *canis* vide Fischerum. (w) De urina *capræ* consentiunt Practicorum monumenta. Laudatus *Schmiedius* in paralysi & tinnitu aurium etiam his cum successu utebatur: observ.

℞. anser. pinguem deplumat. & exenterat., imple eum foliis rorismarini, salviæ, melissæ &c. adde pinguedin. human. unc. tres, cati sylvestris *lupi* & taxi ana unc. sem. castor. opt. & præpinguis unc. unam, consue & more solito torre in veru aceto salviato supposito, in quod pinguedo destillet, quam refrigerato liquore alia

(s) in Lagograph. curios. S. III. c. 16. p. 327. (t) in tract. m. de asino S. IV. cap. 8. (u) L. IV. obs. 16. (w) L. III. corp. med. imperial. tit. 19. p. 316.

liquore supernatantem colligebat & servabat ad usum. Ceterùm *fel lupi* cum æquali pondere mellis virginei mixtum auribus tepidè instillabat. Alius *fel lupi* & corv. masculi cum lacte muliebri miscebat.

(10.) in dentitione difficili,

§. 10.

In dentitione difficili.

Ad facilitandam *dentitionem* nihil vulgarius, quàm *dentes lupinos* argento inclusos pusiunculis appendere, ut iis gingivas fricent, dentibusque erupturis viam faciant, & in nisu suo juvent. Maximè autem probatur dexter caninus cum catenula argentea de collo pendens: Secretiorem sympathiam hîc miratur Cl. *SchWimmer.* (x) Etiam pavores tenellæ ætatis arcere dicuntur dentes alligati, (y) quòd character quasi audaciæ denti sit impressus, sicque vim pulsivam terroris etiam exerat, idque à forma specifica *lupi*, tanquam causa principali, accersendam retur idem *SchWimmerus.* (z) Idem de *dextro lupi oculo* exsiccato ex Plinio & Alberto affirmant alii, & de *pelle lupina* Ronseus. (a) Vetula commendabat nuper tria animalium stercora de collo infantis suspensa, leporis putâ, *lupi* & corvi. Aliæ fricant gingivas puerorum cinere *dentis lupini*. Alii præscribunt hoc

lini- ment. linimentum:

℞. Mell.

(x) in curiosit. Physic. dissert. V. §. 25. pag. 86. (y) Schröder. l. c. (z) diss. cit. theor. IV. §. 22. (a) epist. 24.

℞. Mell. virgin.
butyr. insulf. ana unc. sem.
pulv. liquirit. ras.
dentis apri & *lupi* ana scrup. unum. M.
f. linim.

§. 11.

In odontalgia.

(11.) in odontalgia.

Axungia valet ad *dentium dolores* ab extra doloresque juncturarum. Repletur etiam cavitas dentium *stercore lupino*. *Tobias* Birchfeld/ Med. Candid., juveni rustico in Prussia ex pomis putridis, *stercore lupi* & canis, nec non oleo rosat. omphac. faciebat cataplasma, loco dolenti tepidè imponendum, quod mirificè prædicabat ille. obscuv.

§. 12.

In rabie.

(12.) in rabie.

Si verum foret istud *Andreæ Laurentii*, (b) dicentis: *pellis lupi* super eum, qui à cane rabido est demorsus, suspensa, hydrophobiam demulcet, gratularemur utique nobis de nobili hoc invento. Pellem *hyenæ* specialiter commendat D. *Samuel Haffenreffer*, (c) tàm interne quàm externè. *Caro* assata & comesta maniacos juvare dicitur. Sanè in rabie canina nobilis vicinus canibus suis venaticis optatô cum successu dedisse fertur cerebrum canis nigerrimi, cineres picæ avis ac reguli, nec

(b) oper. therapeut. tract. de strumar. sanatione Lib. I. cap. 5. p. 11. (c) L. III. de cutis affectib. cap. 7. pag. 451.

nec non *carnem lupinam* tostam simul mixtam. Solum cinerem *capitis lupi* & pennarum noctuæ laudant alii. Idem præstare *fel* exsic-
obsérv. catum *lupi*, asserit *Fellmannus* noster. Retulit mihi Gedani *Vitus* Krummstab/ Artis pharmaceutices studiosus, parentem ejus in rabie canina crebrius propinasse theriacam diatesser., quantum majoris latiorisque cultri cuspis capit, admixtis foliis septem recentis salviæ hortensis & septem *pediculis lupinis* exsiccatis. Ante Solis verò ortum decerpsit salviam, inque urina puellæ nondum duodecennis lavit.

(13.) ad memoriam

§. 13.

Ad Memoriam.

Dederat nuper musteus Doctor parocho hoc:

℞. Cons. fl. tunicar.
beton.
salv. ana duas
spec. diambr. drachm. duas
cinamom. opt.
caryophyll. ana drachm. unam
cerebri lupi unc. sem.
sal. fœnic. drachm. unam
c. syr. aurant. f. elect.

Superbibat tria seu quatuor cochlearia aquæ vitæ F. J. Nescio, an *Joëlis* aquam indigitet, cujus descriptionem vide apud Eundem. (d)

§. 14. In

(d) L. I. Pract. S. II. p. m. 170.

§. 14. (14.)

In Hæmorrhagia narium. in hæmorrhagia narium.

Epar lupi ustum: seu fumus ex *stercore lupi* combusto placet nonnullis. Studiosus in seipso expertus erat hoc:

℞. ciner. test. ovor. anserin. drachm. tres
pil. lupin.
bol. armen.
rad. tormentill. ana unc. sem.
equiset. drachm. tres
incorporent. cum acet. vini & album ovi, & applic. fronti.

Alius solo stercore, in vino rubro sumto, fluxum hunc stiterat. *Paulus Schallenberg*, chirurgus, particulam *caudæ lupinæ* adustam naribus puelli sui admoverat, ut fumus eas pervaderet, quod ipse Pinnebergæ mihi retulit, præsente *VVeisbrotio*, amico desideratissimo, cujus cineres India sibi servat. Ego sic olim in Eum: (e) observ.

Alter *es &* niveus; *damno, simul æstimo: vates laudo, sed ut Medicus te procul esse volo.* (f)
Sed minor est Medico, majorq́; licentia Vati,
ergo albus panis *sis maneasq; mihi.*
Quod facis, id facias; veterem ne frangito panem,
ast albos panes *denuo pinse mihi.*
Candidior *sic* panis *eris, candorq́; placebit,*
& verè niveus Πᾶν *mihi* panis *erit.*

K CAP.

(e) in pygmæo m. academico C. II. epigr. 13. (f) vid. Nonn. L. I. de re cibaria c. 6. Beveravic. de calculo ren. & vesic. c. 11. Petræi diss. harm. 48. quæst. 5.

CAPUT II.
DE USU LUPI IN AFFECTIBUS MEDIÆ CORPORIS REGIONIS.

(1.) in angina

§. 1.
In Angina.

Qui per *lupi guttur* biberit in synanche, certissimâ salute evadit, inqui ex Agricola (g) Cl. *Fischer.* (h) Ad de *Athanas. Kircherum* (i) & *Sennertum.* (k Ratio videtur esse, quod *lupus* vel nullos faci dolores sentiat, vel si sustineat aliquos, ne valde curet, sicque se idem exerat in homin (l) Petræus (m) *stercus lupi* commenda Nauta affectu hoc correptus obtinuit alia i terà Cl. D. *Ambrosio Rhodio*, Amico honora do, seqq.

unguent. ℞. Unguent. dialth. unc. unam
ol. amygdal. dulc.
chamomill. ana drachm. VI.
pingued. lepor.
lupi ana unc. sem. M.

cataplasma Unge eo collum, circumponendo hoc c plasma:

℞.

(g) L. II. de re herbar. apud Schenck. L. II. o (h) L. III. corp. med. tit. 3. p. 378. (i) L. III. VI. de Magnet. p. 518. (k) L. II. Prax. P. I. p. 119. (l) Schwimmer l. c. p. 86. (m) dissert mon XIII. p. 255.

℞. rad. lilior. alb.
althææ ana unc. unam,
fl. verbasci
chamomill. Rom. ana man. sem.
rof. rubr. Pugill. ij.
sem. lini unc. unam
coq. ad mollit., deinde pist. adde farin.
fabar. minor. unc. unam,
ol. aneth. & chamomill. q. s.

Vel: ℞. fl. chamomill. papav. errat. verbasci aliud
fol. plantagin.
adde *ciner. pellis lupin.*
lumbric. terrestr. num. IX.
& c. ol. ovor. F. cataplasma.

Alius hunc gargarismum in usu habebat:

℞. Aqu. scabios. gargarismus
fragor. ana unc. duas & sem.
syr. viol. laxativ. unc. unam & sem.
de farfar.
diacod. Mont. ana unc. sem.
cin. guttur lupin. unc. sem. M.

℞. *stercor. lupi*
ciner. hirundin. domest. an. part. æqual. cataplasma
adde flor. scabios. Man. unum
salis culinar. parùm
f. c. lacte vaccino cataplasma pro
pueris anginosis.

℞. flor. sambuc. aliud
verbasci
melilot. ana Manip. unum
scabios Man. sem.

H. rut. murar. pugill. duos
sem. lini drachm. tres
rad. bryon. drachm. VI.
capit. lupi incinerat. unc. unam
F. cum lacte caprino cataplasma.

Memini, hoc magnum tulisse levamen,

ungu-ent. ℞. Unguent. dialth. unc. unam & sem.
ol. lil. alb. drachm. duas cum dimid.
pingued. lupi unc. sem.
ol. ovor. drachm. tres M. pro unguento.

(2) in pleuritide

§. 2.

In pleuritide.

observ. Ossa ad morbum intercostalem, adque ictus & puncturas valent. (n) *Melchior* Blumkörbel/ J. U. C. à Medico Italo hunc acceperat pulverem:

℞. Cruor. hirci præp.
dent. lupi pulverif. ana scrup. unum
lap. percar.
bez. mineral. simpl. an. gr. VII.
cc. ust. scrup. sem. M. D. in aq. chærefo
marrub. & card. B.

alia, *Cyprianus* Weidenmüller/ Art. Lib. Magi (qui sex digitos in dextra habebat veluti G *zensis* ille, (o)) usus erat hoc:

℞. lap. cancror. num. VII.
ocul. lucij piscis num. VI.
ciner. dent. lupin. drachm. unam,

fl. c

(n) Schröd. l. c. Macas. l. 2. pag. 707. (o) II. S XXI. 20.

fl. chamomill. roman. pulverif. scrup. duos M.

D. drachm. una in aqua chamomillæ. alia

Justus Sobler, maximè laudabat hunc Hamburgi sibi datum:

℞. Terr. lemniæ drachm. unam.
priap. cerv.
unicorn. marin. ana scrup. unum
off. lupi scrup. IV.
antimon. diaph. gr. XV.
M. D. pro 3. dosib. in aqua antipleuritica.

℞. Unguent. anodyn. August.
dialth. ana unc. sem.
axung. lupi unc. sem. (seu drachm. VI.)
ol. amygd. dulc. drachm. tres M.

VVenceslaus Borck, à Castrensi Medico acceperat hunc: alia

℞. Magist. lap. cancror.
corall. rub. ana scrup. sem.
rof. *dent.* apri (seu *lupi*) scrup. unum
sal. CC. volat. gr. VII. M. pro una dosi.

℞. Aqu. fl. papav. errat.
card. Mar.
borrag. ana unc. unam
syr. card. ben. unc. sem.
sp. nitri gutt. X. M. pro vehiculo.

Carolus Pommstein / hunc mirè prædicabat: alia

℞. rosur. *dent.* apri & *lupi* ana drach. duas
lap. cancror. crud. scrup. duos

 sem.

sem. card. Mar.
rad. bardan. ana drachm. unam
fl. papav. errat. gr. XV.
sal. card. bened. drachm. duas
croc. orient. gr. IV. M.

Venator divendebat pleuriticis hunc pulverem & unguentum:

alia ℞. CC. philos. præp.
ras. dent. apri
oss. lupi
tal. lepor. ana drachm. unam
corall. rub. præp. drach. sem.
laud. opiat. corr. gr. IV. M.
Dos. drachma una in aqua chærefolij.

℞. Pingued. *lupi* recent. cum aqua papav. errat. lot. addit. ol. stillat. chamomill. F. liniment.

alia Alius præscripserat hoc:
℞. Unguent. pectoral. officinal.
pingued. lupi
ol. l.l. alb. drachm. VI.
pulv. ireos florent. drachm. duas
croci gr. XIV.
cer. q. s. f. linim.

(3.) in phtisi. §. 3.

In Phtisi.

Jecur in vino albo lotum, exsiccatum & pulverisatum dabit *Fischer.* (p) & *Marasius.* (q) *Israël Schmidius* (r) habet hoc:

Rec.

(p) L. III. tract. cit. tit. 4. p. 392. (q) lib. cit. p. 699.
(r) in observ. MS.

℞. Conserv. betonic. unc. tres observ.
epat. lupi unc. sem.
axung. human. drachm. sex (aut quinq;)
rad. ireos florent. drachm. tres
c. s. q. syr. de farfar. F. elect.

Westfala nobilis filiæ suæ poculum ordinarium fecerat ex cranio *lupino*, jubente Medico, quem tamen *Pergamenus* adulatores inter posuisset; (s) Facundiâ enim (seu garrulitate) non herbis curabat, contra præceptum *Celsi*. (t) alia

Balthasar Zeymken/ Silesius usurpârat etiam hanc aquam: alia

℞. *Pulmon. lupi* ejusque hepar (seu dimidiam partem *pulmon. lupi* & hepat. vituli) aqua
fol. salv. nobil. manip. unum
hyssop.
tussilagin.
pulmonar. maculos ana man. sem.
fl. scabios. & veronic. ana manip. unum
pom. citri num. duo
Concis. affund. aq. fl. acaciæ (seu portulac. & veronic. q. s.) stent per XXIV. hor. tunc lento igne destilla.

Bibatur mane & serò.

℞. *hepat. lupi* unc. sem. alia
pulmon. vulp. drachm. VI.
cardamom. drachm. tres
sacch. alb. unc. duas
K 4 F. pulv.

(s) L. XII. M. M. c. 1. (t) L. I. c. 1.

F. pulv.

D. quovis mane cum aqua veronicæ. (u)

alia Alius simpliciter commendabat *epar lupi* exsiccatum & cum aqua veronicæ datum. Voluit autem pro femina hepar *lupa*, & pro masculo *lupi*.

§. 4

(4.) in tussi

In Tussi.

Hepar lupi dat Macasius. (w) Etiam *pulmo* tusus & ex melle sumtus tussim sedat, licèt alii pro veneno habeant. Vel torre *pulmonem* in axungia porcina, & superbibe decoctum raparum. Suprà laudatus *Schmiedius*

observatio Pastori Unfüldensi hoc electuarium bono cum successu dedit:

℞. Conserv. capill. Vener.
hyssop. ana unc. unam & sem.
diatragacant. calid. scrup. IV.
hepat. lupin. unc. sem.
croc. or. scrup. unum
f. c. syr. ros. solutiv. elect.

alia Pagana mulier molestâ tussi cruciata à sculteto loci obtinet *pulmonem lupi* in craticula tostum, & in decocto fœniculi propinatum, à quo indies meliùs habere sibi visa est. Alia

alia à circumforaneo accepit hunc pulverem:

℞. myrrhæ elect.
hepat. lupin. ana drachm. unam
pulv. rud. helen. scrup. IV. M. pro 2. dosibus.

§. 5. In

(u) ex manuali MS. (w) lib. cit. p. 720.

§. 5. (5.) in sanguine coagulato.

In sanguine coagulato.

Essentiam *sanguinis lupini* efficacem proclamat *Hartmann.* in praxi sua ad dissolvendum sanguinem coagulatum. *Adeps lupi* in calida cerevisia data idem præstitit, quod pinguedo humana, qua de alibi. (x)

CAPUT III.
DE USU LUPI IN AFFECTIBUS INFIMÆ CORPORIS REGIONIS.

§. 1. (1.) in anorexia.

In Anorexia.

STomachus *lupi* (modicè tamen sumtus) magnæ efficaciæ. (y) *Lambertus* Schnewalder/ scriba alicujus Generosi nobilis Westfali, à febre quartana adeo emaciatus, ut non amplius progredi potuerit, baculo licèt suffultus, per multas hebdomadas ab omni cibo abstinentissimus, solô potu & medicamentis miseram vitam ægrè protraxerat, Svadet Capuccinus, ut ventriculum *lupi* bene præparatum comederet, sic enim accendi appetitum extinctum, cùm *lupus* voracissimum animal sit. Commodè capti erant in vicinia nonnulli, quorum ventriculos ille coëmit,

(1) internè, observ.

(x) fascic. II. observ. in. Medico-Physic. num. 39.
(y) Macas. in promptuar. p. 467.

coëmit, & à sordibus nitidè purgatos inque butyro tostos cum aromatibus studiosè præparat, firmaque spe sanitatis fretus, unum alterumque devorat, superbibendo vinum absinthiacum. Nec pœnituit eum facti, quod ex ore ejus habeo. Similia exempla nuper diximus. (z)

(1) externè Externè adhibet eum *Crollius* (a) & Cl. D. *Metius* (b) suadet regionem expigastriam *pelle lupi* ex ventre *lupæ* exscissi foveri, à qua singulariter vires ventriculi restaurari dicuntur. (c) Sic pelles vulturum magnum stomachicum sunt. (d) Corium *lupinum* commendat Macasius. (e)

§. 2.

(2.) in singultu & cardialgia

In singultu & cardialgia.

Epar *lupi* pulverisatum porriget Macasius. (f) Quidam ad abigendum dolorem ex crapula pulvisculum ex *epate lupi* cum semine coriandri mixtum sumserat. Verùm sedato dolore in singultum incidit triduanum. Venatoris istud experimentum etiam meminimus supra. (g) Parochus paganus famosum se fecerat hôc pulvere:

Rec.

(z) in Lagographia Sect. III. c. X. §. 2. pag. 283. (a) de signat. rer. int. pag. 67. (b) in disp. de anorexia habit. Wittenberg. 1691. §. 23. (c) Conf. S. I. c. 2. §. ult. (d) Lemnius apud Schenck. L. III. S. I. obs. 129. Israël Schmied in obs. MS. & Laz. River. L. IV. Prax. c. 1. p. m. 104. (e) Lib. post. Sect. XV. c. 10. p. 766. (f) lib. citat. p. 749. (g) c. 1. §. 2.

℞. Corn. cerv. ust. drachm. duas pulvis
epat. lupi scrup. IV.
myrrhæ elect. drachm. sem.
corall. rub. præp. scrup. unum
antimon. diaphoret. gr. XII.
M. à drachm. una ad scrup. IV. in aqua fl. acac. menth. & cydonior., inuncto prius ventriculo oleo mastich. & imposito emplastro stomachico. In cardialgia quidam usus fuerat hôc:

℞. cochlear. test. crud. alius
lap. cancror. ana drachm. unam
terr. sigillat. drachm. semis
nuc. mosch. scrup. sem. M.
Dos. drachm. una in aq. stomach. impon. stomach. *pell. lupin.* calid., seu *catuler. lupi.*

§. 3. (3.) in colica
In Colica.

Certâ experientiâ cum à veteribus, tum recentibus Medicis comprobatum est, in hoc affectu tutissimum ex *lupo* anticolicum intestinum, aut pellis, seu stercus, etiam ossa in eo reperta, tàm internè quam externè. (1) internè Nobilis Romanus dolore colico sævissimè tortus, quinque aut sex medentes in auxilium vocarat, & singuli fungebantur officio suo, licet sine levamine. Nullum præstantius autem, seu divinius remedium inventum est, quàm pulvisculus *intestini lupini* cum vino generoso intestina
calidè

calidè epotus. (h) *Riverius* in deplorato casu ad drachmam unam dedit cum vini unciis tribus, & statim omnis cessavit querela. (i) *Petræus* (k) à drachma una ad quatuor in vino albo tenui propinat, in quo flores chamomillæ (qui soli in vino cocti miraculi instar dolores hosce profligant, (l)) vel anethi efferbuerint. Confer *Avicennam* (m) *Franciscum Joëlem*, (n) *Rondeletium*, (o) *Fonsecam*, (p) *Schröderum*, (r) *Smetium*, (s) *Jonstonum*, (t) & nos alibi. (u) Scripsit mihi *Fellmannus*

pudendum meus ex Britannia, *pudendum lupinum* magnæ efficaciæ esse, fortè coitûs tempore exsectum. (w) De priapo tauri lege *Zacut. Lusitan.*, (x) de cervino *Thom. Bartholinum* (y) & *Grabam*, (z) quidnî eâdem vi polleat *lupinus*? Eandem

stercus. opem spondet *stercus*, teste *Galeno*, (a) at selectum, i. e. albidius, nec in terram delapsum, sed spinis, fruticibus, vepribus, herbisque altiori-

(h) Amat. Lusitan. C. III. curat. 12. (i) C. I. observ. 59 & 86. Conf. observ. à Pachequo ei communicat. num. 2. p. m. 288. & L. V. Prax. c. 1. pag. 129. (k) dissert. harmon. nosolog. XXIX. §. 28. (l) Sim. Paulli Botan. quadrip. class. III. p. 254. (m) f. 16. L. III. canon. c. 14. tr. 4. (n) L. IV. Prax. S. III. §. 7. p. 343. (o) L. III. meth. cur. c. 27. (p) T. I. consil. 44. & 57. ac T. II. consil. 81. (r) Pharm. Med. chym. p. m. 301. (s) L. I. Miscellan. cap. 9. p. 73. (t) in idéa Medic. Pract. L. VI. tit. 3. cap. 2. art. 2. p. 488. (u) cynograph. curios. S. III. c. 6. §. 3. pag. 135. (w) Conf. C. III. obs. m. Medico-Physic. 69. (x) L. II. Prax. admirand. observ. 24. (y) C. VI. hist. 50. (z) in Elaphograph. S. III. c. 20. p. 249. (a) L. X. de simpl. medicam. facult.

tioribus adhærens, interprete Scholiaste *Foresti* (b) & in quo ossa adhuc continentur, (hæc enim Paracelso arcana sunt) arefactum scilicet inque pulverem redactum, si drachmas duas cum vino crebriùs biberis. (c) *Sennertus* (d) à drachma sem. ad integram dat cum pauco sale, vel pipere in vino albo tenui, seu aqua, absente tamen phlegmone. Imò qui hujusmodi *stercus* potant, non amplius isto dolore fuisse excruciatos, è Galeno affirmat *Fischerus*. (e) Bibatur verò non tantùm in paroxysmis, sed etiam intervallis. Vere igitur *Panarolus*: (f) *in omnibus colicis*, ait, *à calida & frigida causa ortis* scrupulus unus *stercoris lupini divinum remedium est*. (g) Tabernæmontanus conficit theriacam suam anticolicam ita:

theriaca anticolica

℞. Theriac. Andromach. unc. unam
aureæ alexandrin. unc. sem.
conserv. flor. meliss.
tunic.
herb. Trinitat. ana drachm. X.
pulv. fol. momordicæ scrup. IV.
ossium in stercore lupi repertorum scrup. unum
c. s. q. syr. extr. cinamom. f. mixtura. (h)

Præmisso

(b) ad L. XXI. obs. 15. (c) Joël L. IV. pag. cit. (d) L. III. Prax. P. II. S. II. cap. 2. p. 260. (e) L. III. corp. medic. S. III. tit. 10. p. 485. (f) Pentecost. III. obs. 36. (g) Conf. Zac. Lusitan. L. II. M. P. H. cap. 96. Alex. Massar. L. III. Prax. c. 18. p. 432. (h) Fischer lib. cit. p. 483.

Præmissô enemate & catharctico detur de hac theriaca mane ad drachm. duas, sudetque
observ. æger & per sex horas jejunet. Alius sumto
alia *felle lupi* in vino generoso præsentaneum sensit levamen. Alius ad præcavenda hæc tormenta hunc pulverem habebat in usu:

℞. rad. imperator.
sem. cumini ana unc. sem.
cortic. aurant. drachm. duas,
intestin. lupi drachm. tres
zingib. alb. drachm. unam
ol. stillat. anis. scrup. sem. f. pulv.
Dosis drachma una in aqua cortic. aurant.

alia Alius vorarat pilulas ex extract. specific. anticolic. Mynsicht. scrup. un. pulv. *intestin. lupi* scrup. un. & ol. aurant. gutt. VI. form. & in
alia aqua menthæ datas. *Sebaldus* Großkirch/ expertus erat in se hoc:

℞. flaved. cort. aurant. select.
intestin. lupi
ocul. lucij piscis
tal. lepor.
lap. cancror. ana drachm. unam. F. pulv.

alia Dos. drachma una in aqua anticolica. *Tobias* Buchfeld/ Medicinæ Candidatus, è schedis patruelis (qui etiam Medicus fuerat,) in Academia Regiomontana hunc mecum, ceu expertum, communicavit pulverem,

℞. *intestin.* gallin. nigr.
lupi præp. senior. ana scrup. unum
testi-

testicul. equi gr. XV.
pulv. alaud. crist.
tal. suill. ana scrup. sem. M. pro una dosi

D. in aqua chamomillæ, præmisso tamen clystere, seu purgante, & cum jejunio sex horarum. Feci aliquoties experimentum, nec spes adeò me confudit. Sanè talum suillum, alaudam, intestina gallinæ commendant Practici. Ego verò colorem parum attendo. Testiculos equinos *Rod. Fonseca* (i) pro summo arcano habet, tàm in curatione, quàm præservatione. Præparat autem sic: vino generoso lotos & concisos lento calore in furno siccat, inque substantia per se dat ad drachmam unam cum dimidia parte seminis anisi. Sic internè: ita *externè*. Dicta ossa in stercore collo saltem appendit *Macasius*. (k) Aut fiat cingulum, seu lorica ex corio *lupi*, (l) vel intestinis ejus, (m) vel lorum cingulumvé ex corio cervino, cui *stercus lupinum* insutum est, & iliis ventrique circumligetur: (n) vel in nuce avellana appendatur, ilibus etiam vinculo confecto ex lana ovis *à lupo* dilaceratæ, seu ex cervina pelle: (o) A pede collo alligato etiam auxilium promittit. (p) Ex porci intestino cœco id, quod mammosum est, myrrha (2) externè

(i) consultat. 57. (k) lib. cit. p. 771. (l) idem pag. cit. (m) Sebiz. specul. Med. pract. L. IV. Sect. II. c. XI. p. 1127. (n) Joëll. a. (o) Scholiast. Amat. Lusitan. ad C. III. curat. 12. p. 421. (p) Macas. lib. cit. p. 772.

myrrha involutum ligatumque in *pelle lupina* aut canina gestandum datur Luna à Sole abeunte. (q) Confer Excell. D. *Wolfii*, Prof. Jenensis, Amici honorandi, *scrutinium amuletorum*, (r) qui magnam hujusmodi rerum collegit farraginem. Caro etiam & pellis *lup* ventri apposita *colicis* confert. Vel farci sacculum *pilis lupinis* & calidum impone: Qua- observ. stor in Silesia perpetuò vexatus *colicâ*, rustici consilio nudus circumvolvebatur fimo caballino adhuc calido & statim remisere dolore Etiam de usu *stercoris equini* interno vide *Schr derum*. (s) Præstabit autem ex equo ave bene nutrito & non castrato.

(4.) in diarrhæa infantum

§. 4. *In diarrhæa infantum.*

Bono cum successu *epar lupinum* non se ac bubulum assatum, pulverisatum, & à sc pulo uno ad drachmam sem. cum lacte, in flores verbasci aut stæchad. citrin. cocti si datum. (t) Alius utebatur hac aqua:

aqua ℞. Aqu. menth.
fl. acaciæ ana unc. duas,
cinamom. cydon. drachm. tr
coagul. hinnul.
pulv. epat. lupin. ana scrup. sem.
syr. menth. unc. sem. M.

(q) Petræus dissert. harmon. XXIX. §. 28. (r) c. 2. p. 75. seq. (s) L. V. Pharmacop. med. Class. I. cap. 21. §. 4. p. 285. (t) Joel. L. IX. Sect. IV. p. 513.

§. 5. (5.) in dysenteria

In dysenteria.

Non inutile foret istud *Mülleri*: (u)

℞. *hepat. lupi*
mithridat. an scrup. unum
magist. corall.
CC. usti
mastich. ana scrup. sem.
aqu. tormentill. unc. tres
cichor. unc. duas
miv. cydon. unc. unam. M.

Practicus quidam crebriùs utebatur hisce pulveribus: pulvis

℞. pulv. dysenteric. Croll. scrup. duos
hepat. lupin. scrup. unum
lap. cancr. præp.
lap. cryst. præp. an. gr. XVI.
terr. sigill. scrup. sem.
M. pro 2. dos.

D. in aq. fl. acaciæ, plantagin. ana unc. duab. carminat. unc. sem. mastich. drachm. duab. syr. cydon. unc. sem.

alius
℞. pulv. antidysent. Myns. scrup. duos
oss. lupi ust. scrup. unum
magist. corall. gr. VIII. D. in aq. tormentill.

D. *Petrus Seck*, multa mihi retulit Ultrajecti obserν. de parentis sui anticlysenterico, quô multa effecisse gloriabatur. Constabat ex *hepate lupi*

L &lu-

(u) in myst. & miracul. med. chym. pag. 86.

& lutræ rite præparato, cinere turturis & sangvine cervino. Fortiter singula adstringunt. Catè igitur datus minimè temni potest pulvis iste. Hepata prius aceto bene macerata in furno siccabat; turturem deplumatum in vino rubro lotum pomis cydon. farsit. Adde, quæ *Heurnius* habet de epate lutræ. (w) Axungia injicitur enematibus antidysentericis. D. *Georgius Ströhlinus*, Patritius & Physicus Ulmensis, sequens habet clysma:

clyster

℞. succi portulac.
plantagin.
virg. past. ana unc. duas
sumach.
myrtill.
caput gland.
acaciæ cort. combust.
alumin. ust. ana drachm. tres
sebi lupini
vitell. ovor. coct. ana unc. tres
f. decoct. in aq. pluvial.

(6) In dolore hæmorrhoidum.

§. 6.

In dolore hæmorrhoidum.

Si quis sederit super carnem *lupinam*, cessasse dicuntur hujusmodi dolores. D. *David Verbezius*, Medicus Ulmensis, utebatur sic:

℞. butyri non Saliti
olei lini ana unc. unam
ceræ alb unc. sem.

dissolv.

(w) L. II. method. ad prax. c. XI.

dissolv. lentô igne, postea extra hunc adde *carn. lupi* tost. & trit. unc. sem. M. exquisitè & applica loco dolenti.

§. 7

In hydrope.

(7.) in hydrope.

In præservatione hydropis D. *Balthasar. Brunner*, (x) inter alia hos præscripsit morsulos:

morsuli;

℞. Spec. diambr.
plir. arch. ana scrup. duos
arom. rosat. drachm. un.
diarrh. abbat.
diatr. santal. ana drachm. sem.
lign. aloës
galang. ana gr. XII.
Ipodii de ebore scrup. sem.
spat. lupi præp. scrup. duos
extr. pœon.
cubebar. an. gr. IX.
ol. N. M. destill. scrup. sem.
margarit. præp. drachm. unam
carab. albiss. scrup. un.
conserv. fl. tiliæ
anthos ana drachm. duas
cichor. drachm. un. & sem.
sacchar. albiss. in aq. decoct. schænant. & tiliæ q. s. fol. f. morsuli.

Idem has subjunxit rotulas: (y) rotulæ;

(x) consil. med. XXIII. p. m. 140. (y) consil. 531 pag. 298.

℞. Spec. arom. rosat. drachm. duas
diacurcum.
dialacc. ana drachm. unam
spodii de ebore
epat. lupi præp. ana scrup. duos
extr. ireos gr. XIII.
sacch. albiss. in aq. absinth. unc. V. &
drachm. duab. sol. f. cons. in rotul.

pulv. Alius hydropico nuper dedit pulverem hunc.
℞. troch. de rhabarb. drachm. duas
spec. arom. rosat.
dialacc. ana drachm. sem.
hepat. lupi præp. drachm. tres
Tartari vitriolat. scrup. un.
ol. still. aurant.
fænic. ana gutt. V.
(adde, si placet, saccharum.)

aqua Aqua antihydropica *Dorncreilij* (z) hæc est:
℞. rad. vincetoxic.
fraxin.
asparag.
rub. tinct.
acor. ver. ana unc. sem.
costi cand. arom. amari
rad. sarsaparill. ana unc. un.
cort. rad. cappar.
tamarisc. an. drach. tres
ebuli unc. duas & sem.
sambuc. drachm. un. & sem.
H. cuscut.

(z) Part. II. dispensat. c. XV. p. 55.

H. cushut.
eupator.
scolopendr. an. Man. un.
Sem. 4. frig. maj. excorr.
min. an. drachm. duas
fœnic.
apii
halicacabi ana drachm. tres
Summit. herb. epatic.
agrimon.
centaur. min.
fl. sambuci an. Man. sem.
cathar. integr. drachm. sem.
epat. lupi præp. unc. unam,
schænanth. unc. sem.

Herbæ & flores incidantur, reliqua verò pulverisentur subtiliss. M. & adde
spec. diacurcum. unc. unam
diarrh. Abbat. unc. semis
troch. de rosis
rhabarbar. an. unc. unam
eupator.
absinth. an. unc. semis
cappar. drachm. duas
M. & inf. in vini malvat. opt. libr. VI.
aq. flor. sambuci
ebuli ana libr. un.
scorbut. nostr. libr. sem.
nephro cathartic. nostr.
cinamom. ana unc. un.
succi rad. ireos nostrat. unc. VIII.

herb. nicotian. inspissat. unc. tres,
vel liquidior. libr. sem.
Mellis passul. corinthiac. unc. quinque
rob. acinor. sambuc. unc. tres,
acet. scyllitic. unc. duas
M. & stent. in infusion. in loco calid. per 8. dies, vase singulis diebus aliquoties agitato, deinde destill. in MB, igne lentissimo, & aquæ destillatæ adde
Sal. absinth. drachm. un. M.

usus & dosis Frigidum epar calefacit, ejusque obstructiones liberat, ac materiam hydropis partim ad vias urinarias derivat, & facultates hepatis conservat. Est proprium hydropicorum remedium. Datur quovis die jejuno ventriculo ab uncia una ad duas, vel per se, vel cum aqua cichor. & agrimon. ana unc. sem. *Vrina lupi* pota etiam commendatur à D. *Ottone Rothio*, Med. Ulmensi. D. *Arnold. VVeickerdus*, (a) præscribit pulverem sequentem;

pulvis Rec. *hepar lupi*, vino salviato ablutum, inque furno siccat., adde cinamomi & macis ana drachmas duas, caryophyllor. drachm. unam. Dosis drachma una in vino exulato, seu alio vehiculo.

(8.) in fluxu epatico,

§. 8.
In fluxu epatico.

Inservient rotulæ *Rolfincciana*. (b)

Rec.

(a) in der Hauß-Apothecke Sect. XV. p. 386. (b) Med. special. comment. L. IX. Sect. 2. c. 5. p. 765.

℞. Rhabarb. elect.
spec. rof. novell.
spodij ebor. ana drachm. un.
summit. agrimon.
epat. lupi præp.
corall. rubr.
margarit. præp. ana drachm. sem.
sacch. albiss. unc. XII. solv. in aq. agrimon. q. s. f. rotul.

Vel detur saltem *jecur lupi* siccat. & pulverisatum. (c)

Celeberrimus D. D. *Petri* ab *Hartenfels*, Nobilis Com. Pal. Cæs., Archiater Moguntinus, & Prof. Publ. in Electorali Universitate Erfurtensi, Fautor & Collega pl. colendus, moniali nuper fluxû hoc laboranti summo cum successu dedit hepar hoc, ut ipse retulit. Alius utebatur hoc; obferv.

℞. stercor. hirundin. alia
terr-sigillat. ana drachm. un.
cort. citri
CC. ust. præp. ana drachm. sem.
hepat. lupi drachm. duas.
croc. Martis adstring. gr. XV. M.

Dosis drachma una in aqua agrimon. torment. ana unc. un. cum dimid. syr. fl. acaciæ unc. sem. M.

Imò sola aqua ex *hepate lupino* destillata commendatur à *Macasio*. (d)

L 4 §. 9. In

(c) Fischer, L. III. corp. med. tit. XVIII. p. 528. (d) lib. cit. p. 789.

(9.) in ictero

§. 9.

In Ictero.

Hepar lupi specificum esse, testatur D. D. *Dolaus.*(e) Hinc memini, quendam, præmissis universalibus, hoc usum fuisse pulvere, in decocto chelidon. maj. dato:

pulv. ℞. *hepat. lupin.* drach. un.
priap. cerv.
ciner. capill. muliebr.
stercor. anser. vere collect. an. scrup. un.
crystall. tartari gr. XVIII. M. pro 2. dosibus.

observ. *Canutus Persen* Svecus, purgato prius corpore solo rhabarbaro nescio à quo acceperat hunc pulverem, tribus auroris in urina sua calida sumendum:

℞. hepat. perdicis drachm. un.
fell. ursi & *lupi* exsiccat. ana scrup. un.
cort. aurant. scrup. un.
rhabarb. monachor. scrup. duos
fl. calendul.
sem. aquileg. ana scrup. sem.
Divid. in 3. part. æqual. adde sacch. q. v. pro lubitu.

Potus ordinarius erat decoctum radicis chelidon. maj. petroselin. & asari. Omnia ex voto.

§. 10. In

